περισσοτέρη τέλειωσίς είναι μόνον περιθώριον

“**କିମ୍ବା କିମ୍ବା** କିମ୍ବା କିମ୍ବା କିମ୍ବା କିମ୍ବା କିମ୍ବା କିମ୍ବା

وَمِنْهُمْ مَنْ يَرْجُوا أَنْ يُبَرَّأَ مِنْ فَحْشَةٍ

Відмінно після цієї експозиції, сім днів після цієї експозиції

N.B.B. 3      Εθέλεις

Number 3      640 pp.

σφόδρα τῷ κέντρῳ· ὡς τε εἶναι τῷ μὲν ὄγκῳ χειροπληθίᾳς, τῷ δὲ πλεῖστῳ ἡ τείχος μερῶν μνᾶς. θέρος δὲ κεμίζεται τῷ οὐρανῷ λιβανωτός. ὅποις θὲ τῇ περούνῃ φλοιοῦ· τὸ σκύρους δὲ, οὐ μὲν ταπεῖ, οὐ δὲ πλαστή. δοκιμάζεται δὲ οὐρανών τῷ γενεστρῷ. καὶ διὰ ταύτης τῶν ὁμόχρουν λαμβάνεται. τῷ δὲ μὲν τῷ λιβανωτῷ καὶ σμύρνῃ, ἀχειρεῖται δὲ τῷ σκεδὸν ποιῶνται αἰητάκημα.

implete, pondere vero plusquam tertiam partem minæ æquare possit. Thus omne \* iners advehitur, \* rude, & aspectu cortici simile est. Myrrha alia stillatitia, alia fictitia est. Probatur melior gultu. Ejusque norma concolorem accipiunt. De thure & myrrha hæc fere ad hoc usque tempus accepimus.

## JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EN τῇ πόλει αἱρέσιν καίρει, νήσῳ. Theodorus legit,

Σχέδιον εὐμφωνεῖ. Theodorus legit affirmativè. Non bene. Eam nanque negant altitudinem, quam illi statuebant.

Οὐ δὲ ἡρώων ἴσπειθείς κόλπῳ. Theodorus, ex sinu Heroum vehementer egressis. Nescio quid sit vehementer hic. Venerentur, putarem scriptum, si convenienter casus. Συλλογὴ. Theodorus, Lectionem notasse. Melius, legendi modum.

Αἴπειρα, Depecti. Sanè lana non est. deradi.

Οὐρανοί ιναίφασι καίρει. Legō, καίρει. Εἰς γαίας sunt Lentisci bacæ.

Τούτων δὲ τῶν τοιούτων πολλά. Plinius sati habuit, Argillōsam. Εἰς contraria addit, nitrola. Ibi, ὑδατος πηγαία παίδια. Theodorus, subargilliam terram, novē & minus concinna. πλακώδη autem, tabulosam, male: Si ita scriptum invenit: non αἴρεσθαι, aut φαγεῖσθαι. Ego nūquam vidi argillam simil cum fabulo. Neque enim cohærent in eadem gleba naturæ hæc. Sunt sanè inconciliabiles. Πλακώδης, crustola est. Omnis nanque Argillacea terra, ubi aegru coquitur, crustatur. πλακώδης est, qua reticulatum, sive plagulatum hiscit. Πλακας ad hunc significatum in-

venias apud Aristotelem. Crevaces, Galli.

Τὸ ιωτικόν στρέμια περιφύγει. Theodorus, quæ super Sardes surrexit. τὸ περιφύγει, nūquam pro eo, quod surrexit. Marcus Polus, in Adena Indiæ provincia Thus album stillare, scripsit, ex arboribus abieti similibus.

Πίφυκε δὲ τοῦ μετονομασθέντος θεραπείας τοντζάριστη. Sic lege. Est igitur verē sylvestre.

Κακλίνει δὲ τοιούτων πολλά. Theodorus κακλίνει, melius. Quomodo igitur illud suavius? Nam bonitas in Thure ab odore est. Finis enim crematio; cremationis odor. Finis autem à forma, & bonitas. Dicas pulchrius iisu. Mox enim declararat, ζητεῖσθαι. Nec me latet Tburū alium quoque usum esse. Verum hic de odore tantum & facie.

Καὶ πολλα τέλεα τὸν αἴρεσθαι. Quia, inquit, qualem facies incisuram: talis erit recepta intro lacrymae figura. Quare igitur non licet idem facere in continentis, sicut insulana? Hoc amplius querendum est.

Αἴρεται δὲ κακλίνει. Theodorus, iners. Non potuit incommodi. rudis. Greco, dicunt alicubi in Italia: ut puto, à lana è grege, nondum lota.

Καὶ δεῖ τοὺς τοῦ οὐρανοῦ λαμβάνειν. Vbi glebam unam gustarunt, alias legunt, que similem colorem gerant: ne omnes item gustu cogantur explorare.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

HOC capite de Thure & myrrha agit. Arboris faciem non novisse veteres, ex eo palam fit, quod ex aliorum dictis, scriptisve, diversas de utraque descriptiones tradant. Quæ de utraque scribant ex ambinibus, & primum quidem Thuri historiam aggredieruntur. Thurius arbor Græcis λίβανος; lachryma λιβανώτης, & λιβανώτης dicitur. Suidas λιβανώτης καὶ λιβανώτης ἐκρηπτὸς λιβανώτης. λιβανώτης δὲ αὐτὸς τὸ διθύρος. Contra tamen obseruant recentiores, λιβανώτης pro lachryma, & λιβανώτης pro arbore accipi apud Euripedem. Etiam apud Dioscoridem cap: de thure, ubi λιβανώτης vocat thuriferæ arboris succum, qui prægnante cortice inciso, rotundus suapte natura profilit, & masculum thus dicitur. Λιβανώτης & λιβανώτης καρπὸς quid sit, exponendum erit. Fructus thurius ad nos non adfertur, nec Græcorum Latinorumque quisquam descripsit. Galenus in gloss. λιβανώτης καρπὸς αὐτὸς τὸν ὄνουαζεμένον έτεις λιβανώτης, ἐπεὶ τούτη αντίρρα Θυτῆ & γυνώσκορθος εἰς γενέσην ἀγένειον. Ipsum forte sic appellatum thus: quoniam semen thurius arboris in usum venire nescimus. Λιβανώτης dicitum quidam volunt, à juvene Assyrio ejus nominis, in hunc fruticem, sive arborem converso, quem Deos studiofissime colentem, invidi occiderunt. Hinc diis thure gratius nihil asserunt. Alii malunt à monte Libano. Sed in eo Thurius arboreum reperi, veteranum nemo prodidit. Verisimilior illorum opinio, qui à λιβανώτης, stillo nomen accepisse scribunt. Officinæ olibanum & Thus vocant, olibanum à Græca voce λιβανώτης. Thus Latini dixerunt & tus à tufis glebis. Hinc apud Statuum incavaque glebis tura. Inde si nomen traxit, non per θ. sed & scribendum, ut apud Ovidium, ni mendum librarium sit.

Tura nec Euphrates, nec miserat India costum.

Thus à græco verbo θύω nomen accepisse verisimile est. Veteres enim Thure sacrificabant & supplicabant, Virg. xi Æneid.

Succedunt matres & templum thure vaporant.

Apud Porphyrium (ut Brodæus lib. iii, cap. viii. ait) Pythia inquit, Deum non magis lætatum fuisse, Thessalo boves auratis cornibus (χρυσοκέρας) & hecatonibus offerente, quam epumarios θυοτετος τῷ Φαινῶν τῷ περιθύει τὸν τελετοῦντος. quam cum hermionensis quidam

ex sacculo tribus digitis de placenta libaret. Solebant enim veteres thure ex acerra tribus digitis sumpto sacrificare. Ovid. lib. xi. Fast.

Et digitis tria thura tribus sublimine ponit.

Laetant v. Instit. Nam cruciari atque interfici malle, quam thura tribus digitis comprehensa in focum jactare. Plin. lib. xi. cap. xiv. Alexandro Magno in pueritia sive parsimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, ut illo Medos cum deviceret thuriferas gentes supplicaret. At ille Arabia potius, thure onustam navem misit ei exhortatus ut large Deos adoraret. Thus in sacrificiis addebat ubi purgatae, & in partes disiectæ fuissent victimæ, antequam illarum membra incensis altaribus imponerent.

Horat. lib. iv, oda. xix.

Hic vivum mibi cespitem, heic  
Verbenas pueri ponite, thuraque  
Bimi cum patera meri  
Maestata veniet lenior hostia.

Thus in flamas injiciebatur, & in illud vinum ē patet. Quod ita innuit Ovidius.

Thure dato flammis, vinoque in thura profuso  
Cæsareumque boun fibrū de more crematu.

Falsum & præter veritatem videtur, quod Plinius lib. xi. cap. i. scribit. Qui primus invenerit (unguentia) non traditur, Iliacis temporibus non erant, nec thure supplicabatur. De unguentis alibi. Falsum, inquam, ante Trojæ excidium thure non sacrificatum. Contrarium sacra docet pagina, Livit. c. ii, vers. imo. Animæ cum obtulerit oblationem sacrificii domino, simila erit ejus oblatione, fundereque super eam oleum & ponet Thui, & deferet ad filios Aaron, quorum unus tollet pugillum plenum simile, & solei, ac totum thus, & ponet memorabile (vel odorem ejus) super altare in odorem suavissimum domino. Myrrha græcis σμύρνη & μύρη. Galenus in Exegesi αὐτῆς αἰσθανθεῖ τὸ σμύρναν, διῆται αἱ γερφαῖ. Myrrha pro smyrna Αἰολικη est. duplex enim scriptura reperitur. Quod alia exemplaria δις τὸ η γερφητη scribunt. Ab Αἰολις Latinos myrrhae vocem mutuasse, in dubium vocari non puto. Myrrhae nomen ut Poetae fabulantur, accepit, à Myrrha Cyneræ regis Cypriorum filia, quæ nefando patris amore

amore capta, cum aliquot noctes, auxilio nutricis cum illo concubuisse, tandem illato lumine agnita, quum illam pater occidere veller, noctis beneficio elapsa, in Arabiam confugit, ubi in arborem sui nominis est conversa. Ovid. x. Metamorph.

## Ultima certe

Vota suos habere deos. Nam crura loquentis  
Terra supervenit, ruptosque obliqua per unguis  
Porrigitur radix, longi firmamina trunci,  
Ossaque robur agunt, mediaque manente medulla  
Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos,  
In parvos digitis, duratur cortice pellis,  
Iamque gravem crescentis, uterum precinxerat arbor,  
Pectoraque obruerat, collumque operire parabat.  
Non tulit illa moram, venientique obvia ligno  
Subsedit, mersitque suos in cortice vultus.  
Quæ quanquam amissit veteres cum corpore sensus,  
Flet tamen, & tepide manant ex arbore guttae.  
Est honor & lachrymis, stylataque cortice myrrha  
Nomen herile tenet, nullique tacebitur ævo.

Idem & Græci scribunt, ac quidem his versibus Lycophron,

— ὄψεται δὲ τλήμον  
Μύρρας ερυπὸν ἀσυ, τὸ μοχοσόκυς  
Ωδίνας εἰέλυσε δενδάδης κλάδο.

— Cernet autem patientis  
Myrræ munitam urbem, eius puerperas  
Ægritudines solvit arboreus ramus.

Propertius,

Crimen & illa fuit patria succensa senecta,  
Arboris in frondes condita myrra nova.

Myrræ nomen virisimile est accepisse ab odoris fragrantia, δέος μυριών, ungo, quod primum in unguentis Iocum obtineret. Videamus, quæ de Myrrha & Thure tradidit Theophrastus.

Τηγετη, Thus, Myrrham, cæteraque aromata in Arabia provenire ait. Thus, myrrhamque in Arabia provenire, omnes scripserunt veteres. Arrian. lib. vii. Τῆς τε χάρας ἡ οὐδαιορία ταπεῖναι αὐτὸν, ὅπις ἔχει ἐπὶ τῷ λιμένι τοῦ νησίου γίγνεσθαι αὔρην, δέος δὲ τοῦ δένδρου τὸν σμύρναν τε καὶ τὸν λιβανῶν. ὃν δὲ θέμαν, τὸ καταμεμοντό περιθεμα. εἰ λειμῶν δὲ ἐόντας αὐτόσιον εὑφίεσθαι. Invocabat eum (Alexander.) præterea opulentia regionis, (Arabicæ) quod audisset casiam palustribus locis apud eos nasci, ex arboribus Myrrham & Thus legi, ex fruticibus cinnamomon rescindi, prata sua sponte nardum gignere. Dioscorides etiam Myrrham, nec non Thus in Arabia provenire auctor est, lib. i, cap. LXXVII. & LXXXI. Σμύρνα δένδρον εἰπεῖν δένδρος οὐδείς. Myrrha lachryma est arbor, nascentis in Arabia. Λέας τοι γανταράνδρος δένδρος τῇ λιβανῷ φέρει παλαιόν. Thus in ea quidem Arabia gignitur, quæ thurifera cognominatur. Quæ sit hæc Thurifera regio, videndum. Theophrastus, Thus & Myrrha quo loco nascatur scribit: εὸν τῷ λιβανῷ Αἴγυρον καὶ τῷ λιβανῷ Αἴραμνη, καὶ Κινέαν, καὶ Μαρελή, ut Aldinus codex, vel μάλι, ut vulgatus. Hæc examinanda nobis, καὶ τοι, quid sit ignoro. Doctiss. Gaza legit μιην, Arabum regione media. Plinius lib. xii, cap. xiv. Thura, preter Arabiam, nullus, ac ne Arabicæ quidem universæ. In medio ejus fere sunt Atramita, pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelsiore, à quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, Sapa appellata, quod significare Græci mysterium dicunt. Spectat ortus solis aestivi, undique rupibus invia, & à dextra malis scopulis incessu. Id solum è rubro lacteum traditur. Sylvarum longitudine est schœnorum x. latitudo dimidium ejus. (Schœnum supra cap. x. loco citato triginta stadiis constare scripsit,) Schœnum patet Eratosthenis ratione stadia xl, hoc est passuum quinque millia; aliqui xxxii. stadia singulis schœnis dedere (Herodotus hexaginta lib. secundo). Malunt alii legere, αἴγυρον καὶ οὐροντα; præceptoremque αἴγυρον καὶ οὐροντα vocare Arabiam felicem, quæ peninsula erat, inter sinus Arabicum & Persicum. Arrianus lib. viii. Αἴδ' αἴραμνης γδε περι Αἴλικανδρον, ιζηγέλα τὸ μεγάλο τὸ καὶ οὐροντα δωματον, τοι εἶναι, καὶ οὖν εἰ πολὺ αἴραμνη τὸ ιζηγέλα τὸ μεγάλο τὸ ηλιαστόν. Nam ad Alexandrum reversus, ingentem Cherronei magnitudinem esse nunciavit, nec mulum Indorum terræ cedere, eique promontorium esse longe in Oceanum porrectum. Marcianus, οὐατηρ καὶ οὐροντα μιην τοι ποτοντα, ιδιαὶ παρασκομένη

ωρίζεται τὸ ηλιαστόν. Plinius lib. iv, cap. xxviii. de felici Arabia. Ipsa vero peninsula Arabia inter duem maria, Rubrum Persicumque procurrens, quodam naturæ artificio, ad similitudinem atque magnitudinem Italiae maxi circumfusa, in eandem etiam cœli partem nulla differentia spectat. Hæc quoque in illo sita felix. Et hæc viri doctiores de Cherroneo; quibus & Αἴγυρον καὶ οὐροντα scripsisse Theophrastum, meo judicio, non probatur, potior Theodori lectio. In medio fere ejus sunt, dixit Plinius, quod ostendit Theophrastū τὸ τημένη scripsisse. Sed negant Plinium fecutum Theophrast, in hac Arabicarum gentium recensione. Hoc si est, commode καὶ οὐροντα legi potest. Sabam thuriferam regionem, vel ex Virgiliiano versu lib. i. Georg. notum.

Molles sua thura Sabæi.

Item lib. ii. Georgicon:

— Sola Indianigrum

Fert hebenum, solis est thura virga Sabæis.

Sabam Stephanus inquit urbem fuisse rubro mari proximam. Σαβαὶ πόλις μεριανη μηνον τὸ ιερόπας θυσίας. Fuit alia etiam civitas Saba dicta, in Æthiopia, quam Cambyses, ut narrat Iosephus, à sororis suæ nomine, Meroë nominavit. Sed de hac non loquitur Theophrastus, nec circa hanc Thus nascitur. Sabam εἰσεν Arabum Metropolim dictam vult, δὲ τὸ οἰκεῖον, id est, venerari, vel δὲ τὸ βέβαιον sacrificare. Neutrum placet. Nec est verisimile Arabicæ urbi Græcum impositum fuisse nomen. Magis arridet Iosephi sententia, qui à Saba Cusi filio, à Cham orto, Sabeos dictos dicit. A Nicandro gerrenthus laudatur.

γέρραις λιθάνεοι κύστι πελαγάς θύεται. Gerrenthus thurifera lachrymam quæ circum ramos concrescit. Scholia festi γέρραις τὸ δερεῖκης, γέρρα γδε πόλις τὸ αἴραμνης. Vrbs Arabæ. Stephanus, γέρρα πόλις ταῦ δένδρων. Vrbs Chaldaeorum. Meminit hujus oppidi Plinius lib. vi, c. xxviii. Vbi turres habere inquit, ex solis quadratis molibus. Gerraium Thus itaque, quasi diceret Arabicum. Doctissimi viri αἰνὶ αἴραμνη, legunt αἴραμνη vel αἴραμνη. Plin. lib. vi, cap. xxviii. atramita. Sabæi, Arabum propter thura clarissimi, ad utraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in rubro littore, Marane, Marma, Coloria, Sabatra: intus oppida Nascus, Cardava, Carnus, & quo merces odrum deferunt, Tomala. Pars eorum Atramita, quorum caput Sobotale sexaginta templum muris includens. Perinde est, utrum αἴραμνη, an αἴραμνη legatur; utrumque enim dicitur. Nam αἴραμνη & αἴραμνη legitur. Etiam καταβάναι, non καταβάναι scribunt. Strabo. Φίρετο λιθαντὸν ή καταβάναι, φίρετο δὲ η πατροποιῶν. Regionem thuriferam Perepli auctor his verbis describit. Καὶ χάρα λιθαντόφορος ὁ οὖν δένδρος ἡ οὐρανὸς παχὺς ἡχεῖ καὶ οὐκ οὐλαδη καὶ τὸ δένδρον Φερεμένων τὸ λίσσων. Regio est thurifera montana, aditu accessuque difficultis, aere crasso, arque nubilo, ex arboribus thus producent. Arboris thuris & myrræ, alias cultas, alias incultas esse scribit Theophrastus, & alias quidem supra montes, alias ad pedem montis. At tolluntur, inquit Plinius loco citato, Colles alti, decurrentque & in plana arbores sponte natæ. Scribit Garcias lib. i, historiarum cap. vi, se ex Lusitanis, qui diu in Arabia vixerunt, intellexisse thuris arborem ab Arabibus Lovan dici, ejusque duplex genus esse; alteram montanam, alteram in planis nascentem. Montana arbor montibus confragosis provenit, optimumque & laudatissimum thus profert. In planis vero nascens, thus profert nigrum, improbum, quo cum aliâ arboreum resinis permisto, naves picant & obliniunt, uti nos pice solemus. Idem nonnullas arboris myrræ thurisque dat descriptions. Ex quibus illud, ut dixi, facile percipi potest, veteres ignorasse, quæ arborum harum facies sit. Aperte id fatetur Plinius lib. xii, cap. xiv. Nec arboris ipsius quæ sit facies constat. Res in Arabia gesimus, & Romana arma in magnam partem ejus penetravere. Caius etiam Cæsar, Augusti filius inde gloriam petiit: nec tamen ab ullo (quod equidem sciam) latino, arborum etiam tradita est facies. Graecorum exempla variant. Quæ scribunt examinabimus. Primum: Thuri descriptio, uti etiam myrræ, à recentiorum nemine, quod sciām, confirmatur. Nisi quod Plinius lib. xii, cap. xiv. dicat ex Graecorum sententia, Aliu folio pyri, minore dunata, & herbidi coloris prodire. Et de myrra hæc capite sequenti tradit. Arboris altitudo ad quinque cubita, (hoc Theophrastus de Thuri arbore, quam non magna dicit, sed quinis fere cubiis attollit, Myrræ ar-

borem minorem dicit,) nec sine spina, caudice duro & intorto, crassiore quam thuris, & ab radice etiam quam relata quia sui parte. Corticem levem, similemque unedonis. Theophrastus, adrachne, quod verbum Plinius nonnumquam unedoneum, non raro portulacam interpretatur: idque, quia unedo adrachni similis, & Latinis notior. Versio præterea nos recte interpusse docet. Quod Lectorem admonere volui. Enī γῆς ab radice, ex Plinio, reddidi, ea parte que terrae ac radici propior.

Oὐδὲν τοιοῦτον οὐδεὶς. Alii, inquit, arborem vitramque non magnam esse referunt, sed minorem myrrhae. Locus admodum depravatus. Φύλλον scriptum est, ἢ ιχαρίδης λίθος, οὐδὲ θυροειδής. An vtraque arbor haberet folia thuris, ac thus laurina? Illud nemo non videt esse ineptum, & stolidum: Diffimilia plane sunt laurifolia & oleæ. Restitui, φύλλον ἢ αἰρόμενον ιχαρίδην. Ut sensus sit, magnitudine utramque arborem convenire, verum folio plane differre. Ac thus lauri, myrrham oleæ simile ferre. Nec magna mutatio, si legamus, φύλλον ἢ διαφέγγειον ιχαρίδην διαφορεῖται. Folio esse laurino thus, repetit ad finem capitum; quem locum exscriptis Plinius. De myrrha facie hæc Plinius, Scabrum alii, spinosumque dixerunt folium, olivæ; verum crispum & aculeatum, juba olusatris. De juba nihil Theophrastus, nec jubar fert olusatrum arboreisque. Sed vult Plinius, lubam regem folium myrrhae, olusatrum simile scripsisse. Capite præcedente thus ex Iuba sententia his verbis describit. Iuba rex in voluminibus quæ scripsit ad Cajum Cæsarem Augusti filium, ardentem fama Arabiae, tradit contorti esse caudicis, ramis aceris, maximè ponticis, (vide quæ supra cap. de acere) succum amygdala modo emittere, taleisque in Carmania apparere, & in Ægypto satas studio Ptolomœorum regnantium. Folium olive simile. Recte itaque legitur ιχαρίδης, cum antea πεπλάτης legeretur.

Sequitur Thuris legendi modus. Supra capite præcedenti & incisura, & sponte manare scripsit Theophrastus. Hoc loco docet diversa incidendi ratione uti Arabes. Addit aliud Thus decidere, aliud adhærente cortici; insuper aliud subjecta tegete colligi, aliud in terram cadere, sed circum pavementatam, utrumque purum esse, sed purius quod in subjecta tegete colligitur, minus purum quod in terram cadit. Quod vero cortici adhæret impurum esse. Nec hoc præter rationem, idque quia ferro deradi debet. Quod fieri nequit, quin aliquid corticis adhæreat. Improbæ est lectio. Μόνον ιδε φίλος οὐδὲ καρπόντες εἴησι. Lego, καρπός εἴησι, & mox εἴησι μάλαρ καρπόντες. Pro quo vulgo, καρπός εἴησι legitur. Impurius etiam illud esse, quod in terram pavementatam cadit, quam quod in subjectam tegetem, præter rationem non est. Nam facilius terræ quid adhæret, quam tegetibus. Plinius loco citato, Meti semel anno solebat, minore occasione vendendi. Iam questus alteram vindemiam afferit. Prior, atque naturalis vindemia, circa canis ortum, flagrantissimo aestu, incidentibus qua maximè videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde profilit spuma pinguis. Hæc concreta densatur, ubi loci natura poscat, tegete palmea excipiente, alicubi area circumpavita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore habet, ferro depectitur; id est corticis. Purius, inquit, illo modo, nempe tegete palmea si excipiatur, ponderosius, si area circumpavita. An itaque ιχαρίδης scriptum fuit βαρύς. Non enim est præter rationem, gravius esse; ob terram quæ facile illi admiscetur. Nec præter rationem purum esse, impurius tamen eo quod in tegete colligitur. Proxime ad vulgatam lectionem accedit ιχαρίδης, quam lectionem idcirco præfero, nec puto scripsisse Theophrastū, θυροειδής. Tantum enim ponderis non assumit, ut ideo mereatur ponderosum dici. Quin etiam ιχαρίδης scriptum fuisse, quæ sequuntur apud Theophrastum latit ostendunt. Doctissimum etiam Gaza legit ιχαρίδης. Sed non animadvertis ιχαρίδης, legendum μάλαρ. Et purum, inquit, ibus quod tegete exciperetur, purum esse, atque perlucidum. Sensum nullum hæc lectio habet. Tautologia est dicere, purum thus quod tegete exciperetur purum esse. Impurum esse nequit quod purum est. Vnum tantum Thuris genus novit Peripli auctor, quod cortici adhæret. Εἴτη τὸ φύλλον λεπτόφορο, & μίκραλα λαβεῖ θυροειδής. Φύλλον ἢ ιχαρίδης φλεγώ πησούμενον τὸν λίθον, οὐ παραγγέλλει παρ' θυροειδῆς οὐ παραγγέλλει παρ' θυροειδῆς. Arbores illæ thurifera non admodum magnæ sunt, atque proceræ, ipsumque thus producunt, in cortice concretum, quemadmodum apud nos in Ægypto, nonnullis

ex arboribus gummi lachrymarum instar pyramanat.

Τέλος Σαχαρίων, De moribus Sabæorum hæc Plinius loco citato. Sylva divisa, (Theophrastus montem inquit divisum) certis portionibus mutua innocentia tuta est. Neque ullus saucias arbores custodit. Nemo furatur alterius. At hercule Alexandria, ubi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici. Persona adjicitur capiti, (ne videat opifex quæ adeundum sit ad furtum, quæve exeundum,) densusque reticulus. Nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud nos pœna, quam apud illos sylva habent. Nec tantum apud Sabæos sine ulla custodia, sed etiam per totum sinum Sachaliticum. Peripli auctor, Μιτικειούστης ἢ οὐ λίθος οὐτοῦ διάλογος βασιλικῶν, τοῦτο πατερίουν. Thus illud à regi servis, atque suppliciis adductis, tractatur atque colligitur. Idem, Παρθονίον τὸν σπεχαλίτην καί οὐτε περιφέρει φύλλον οὐτε άφοράτο, διορέας θεοῦ πολὺ τὸν τόπον ιπποτεργάτων. Οὐπόλλα θάλασσα, εἰς φαρᾶν χωρίς βασιλικῆς διάδοσης εἰς τοῦτον ιπποτεργάτην διάταξιν. Καρδιάς τὸς άρχοντος, εἰς διάδοσην τὸν τοῦτον διάδοσην διάταξιν. Per universum autem illum sinum Sachaliticum in unum quandam tumulum congestum, sine ulla custodia est. Diis nimis quadam sua virtute locum illum tutantibus. Nam neque clam, neque aperte, sine regis permissione ac potestate, in naves importari potest. Ita ut si quis vel granum sustulerit, atque navem imposuerit, illa à Demone quodam retenta, minimè inde possit à portu solvere. Garcia lib. I, cap. vi. Eæ arboris (thuris nempe) illius provincia cedunt regi, nec cuiquam thus colligere licitum est, nisi regis permisum. Confluent eò negotiatores ex Adem, Xael, & aliis Arabiae locis, & cum rege de thuris quantitate quam avecturi sunt, & de pretio convenire solent, modo laudatum sit ac legitimum.

Quomodo Thus ad alias deferatur gentes, docet idem Plinius loco citato: Thus collectum Sabotam camelis convehitur, porta ad id unâ patente. Digredi via capitale leges fecere, ibi decimas Deo (ἥλιῳ) Theophrastus. Solem antiquissimos Ægyptios, fortasse etiam Arabes, pro numine coluisse constat) quem vocant Sabin, mensura, non pondere sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet, inde impensa publice tolerantur. Nam & benigne certo itinerum numero Deus hospites pascit. Evebi non potest nisi per Gebanitæ. Itaque & horum regi pendit vestigial. Caput eorum Thomna abest à Gaza nostrâ littoris in Iudea oppido LXXX. XXVII. millia passuum, quod dividitur in mansiones camelorum LXII. Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certæ. Sed præter hos, & custodes, satellites, & hostiarii, & ministri populantur. Iam quacumque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo, aut pro mansionibus, variisque portoriis pendunt, ut sumptus in singulos camelos denarium D C LXXXVIII ad nostrum litus colligat. Iterumque imperii nostri publicanis pendit. Itaque optimi Thuriis libra XVI. pretium habet. Secunda XV. Tertia XIV. Camelis Sabotam adiectum thus testatur Peripli auctor. Υπερκατετελεῖται η αὐτὸς μετόποδις οὐτε βέλειον, οὐ η οὐρὴ οὐ βασιλίσκος κατακεῖ. Πάλιον οὐ θυροειδής οὐ τὴν χώραν λίθον οὐ εἰς αὐτὸν κατεκτείνειται, καρποῦσι τε οὐρὴ οὐρανοῖς εἰς τηνας εἰπαντανεις η εὐσχάρα η τολοῖος. Supra hanc Sabata metropolis mediterranea sita est, in qua rex sedem suam habet. In hac Thus quod in regione illa nascitur, ceu commune quodam receptaculum, partim camelis, partim ratibus quibusdam vernaculis pelliceis, quæ ex utribus consolæ sunt, partim denique aliis navibus convehitur. Sensum hujus loci esse, volunt viri docti: thus deferri utribus, vel navigiis utribus factis ad emporium Canam. Nam de emporio ipso, non de urbe Sabbathis hæc inquiunt accipienda. Medicis parum interest, an de emporio Cana, an de urbe Sabbathis loquatur Auctor, nec ex ea utilitas aliqua ad ipsos accedit. Historicis hoc negotium committunt.

Εὐρετοὶ συρρέοντες τὸν ιαπωνικὸν. Ideo dixit Plinius loco citato, Nec præterea Arabum alii thuris arborem vident, ac ne horum quidem omnes. Feruntque M. M. non amplius esse familiarum, quæ jus per successiones id sibi vindicent. Sacros vocari ob id, nec ulla congressu fæminarum, funerumque, cum indicant eas arbores aut metant, pollui. Atque ita religione merces augeri. Quidam promissum jus sis populis esse tradunt in sylvis. Alii per vices annorum dividi.

Φύλλον οὐ. Aliam descriptionem Theophrastus thuris myrrhaeque tradit. Neimpe Thuriis folium, fructumque lentisco similem esse. Plinius loco citato: Ait lentisco

tisco similem subrutilo. Ex recentioribus Garcias Abhorto, proregis Indiae medicus, Thuri arborem hoc ferè modo describit. *Thuris arbor humilis est, & folia habet lenisco similia, peculiarisque est Arabiae.* Verisimile itaque lentisci facie arborem esse. Contra Thevetus, hic à Garcia dissiderat, ac tomo 1. Cosmographiae, lib. iv. scribit: *Thuriferam pinus resiniferas referre, & succum fundere, qui tempore durescit, & Thus vocatur. Cum quo granula reperiuntur, arenæ, aut fabulo similia, quæmannam Thuris vocant. Multas regiones & insulas huius esse feraces, non solum Arabiam. Nugandi hic occasionem præbuit Cardano, qui lib. viii. de subtilitate hæc de Thure scribit. Est & thuris planta — abies hæc pusilla, quæ apud Sabæos obficitatem cæli lachrymâ hanc mittit — ut cupresso, ita libanotis abieti proxima est, quod arbusculosa ex arboris genere sit. Itaque in Apennino herbam, aut potius suffruticem libanotis dissimilem, immo ex illius genere, angustioribus foliis, acri sapore, vidi, quod ita thuris odorem, saporemque refert, ut non dubium sit, Thus non ex alio genere plantæ fluere. Monstrosa & inepta hæc sunt, non subtilia. Nam si non nisi cœli aut soli vi differt abies à libanotide, iisdem legibus, quibus suam sanxit comparationem Cardanus, eodem sub cœlo cupressus & sabina idem erunt: hoc falsius nihil ex cogitari potest. Contrarium hortus Lugdunensis restatur, etiam noster. Vtriusque semen ex calidis accipi regionibus, utrumque commisi terræ, etiam quod in frigidis collegi, ex utraque sabine simillima, ac à cupresso diversissima surrexit. Odor, sapor, & verbo ut dicam, nihil conveniebat. Quid quæso propinquius quam Aurantia & Limonium? differunt tamen certa & præscripta specie. Quid, Galeno si credimus, myrræ est similius opocalpaso? Quantum & in quibus differant, suo damno, qui experti sunt, didicerunt. Præterea nemo unquam Thuris arborem similem abieti dixit: resiniferas referre jam ex Theveto audivimus. Quod, inquit, in Apennino monte se suffruticem inventisse, qui Thuris odorem & saporem referret, inde concludi non potest, ex eo genere Thus fluere in Arabia. Ridet Theophrastus illos cap. 1, hujus libri, qui crediderunt ex myrrha Arabica proventuram olusatrum, quod lachrymam Myrræ similem ferret hipposelinum: eodem jure exploderet Cardani sententiam. Miror quod nusquam tradiderit olusatrum ac myrrham eandem plantam: non minusid verisimile videtur, quam Thuris & libanotidis, aut abietis eandem plantam esse. Libanotis vulgo dicitur planta à Cardano in Apennino monte reperta. Doctissimi Lobelius & Pena, quid de Thure Rupellæ intellexerint, adscribam. *Thuris limpidi, pellucidi, & resinæ cedriæ emuli nitorem, puritatemque succini assecuti, nobis & vivendi & habendi fuit copia, multis in locis, quod non valde cum Dioscoridis notis quadrat, si notas, usumque perpendas: Nam & dum adolescit, suavissimum balat odorrem, & vulneribus, tumoribus discutiendi vi, nonnulla relicta ad strictione, ad robur partis opem certam fert.* Rupellæ occidui maris quadriennium ferè est, cum doctus medicus Samnatus nos gummi istius glebis, arboris fructu & folio donavit: asserebat nihil tamen sed sibi relatum à nauis utrumque trunci pino similis sobolem esse. At folium quia valde quam rarum, neque dum ab ulla depictum, hic dedimus, magis sciscitatur, sit ne resinifera plantæ, quam asserturi. Est namque quod raro contingit aliis, ab imo pendulo ad summum usque cuculæ verticem, duplicatum, quasi ex geminis conflatum tenuibus tunicis, vagina, fessi-palmum longa, instar infundibuli, biantis bistrionis speciem præse ferentis: superne galeata videtur, quod de floribus napelli & lonchitide, non de foliis ullis memorant auctores.*

*Eivq.* Thus novellarum arborum candidius, sed minus odoratum est. Contra veterum flavius & odoratus. Plinius loco citato. *Autumno legitur ex aestivo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus incisis. Ruffum hoc exit nec comparandum priori, illud carpheoton, hoc dathiathon vocant. Creditur & novella arboris candidius, veteris odoratus. Purissimum inquit esse candidum, sed hoc Theophrastus minus odoratum esse dicit. Carpheoton vocari scribit, credo à festucacea levitate: Kæphæ enim Græcis festuca est. Alterum genus dathiathon, δαθιάθων & θερίς, quod incensam tædam, aut sulphur oleat. Aut quod εὐτρίχη in sacrificiis odorem tædæ imiteatur. Sed tum scribendum dñi. Alii dathiathon legere ma-*

lunt δαθίθεον, à similitudine tæde, aut unguinis tædæci. Optimum etiam Thus Dioscorides candidum inquit. Πρωτόει δὲ αἴρην καλύπτει τερψίας σπονδυον, φυσικές. Επομένη δὲ πλεον ἀρπαγή, λόγοστη οὐδε θλασθεῖς ἐρεθίζει την παρέστητην ταχὺς οὐκαιρόν. At primas tenet masculum stagonias appellatum, natura sponte rotundum. Tale autem minime sectum est, candidumque visitur, & cum frangitur intrinsecus pingue, cum adeoletur, statim ardet. Plinius loco citato. Quod ex eo rotunditate guttae pendit, masculum vocamus, cum alias non feret masculum, ubi non sit femina. Religioni tributum, ne sexus alter usurparetur. Masculum aliqui putant à specie testium dictum. Præcipua autem gratia est mammoso, cum hærente lachryma priore consecuta alia miscuit se. Singulæ hæc manum implere solita invenio, cum minore diripiendæ aviditate, lentius nasci licet. Graci stagoniam & atomos tali modo appellant, minorem autem orobiam. Hæc satis sunt confusa & turbata: cur masculum vocetur, recte docet. Masculum præstantissimum esse docet Virgiliius:

*Verbenasque adole pingues, & mascula thura.*

Mascula aduleri jubet, quod præstantissima & excellens sint, quod enim diis offertur, præstantissimum & eximium esse debet, primamque bonitatis gloriam obtinere. Et apud Alciphronem sic scribitur. Καὶ γῆρας πάντα δὲ περιείλου τὴν γεώργιαν ταχὺς πάντα ζεῦς ἴγενον, & λειχανεῖς ἄρπαν, τὸ σφέρη μαρτίον, τὸ πιμπαντον σελάνην. Καὶ ἀγελα φύλακας αὐτοπάντα. Masculi Thuris multis in locis meminit Galenus, uti lib. x. καπ. ητος, cap. II. Eodem libro cap. IIII. scribitur λαβανας οὔτε γοδ. Αρπα Hippocrati sæpe formam, qua panes fieri solent, denotat. Sic ἀγνοοῦ dicuntur, quialias trochiscoi. Vulgatam si servamus lectionem, massam accipi oportet, ut inter mannæ & minora fragmenta distinguantur. Sed fortasse corruptus codex. Ac ἀρπα ἀρπα, vel ἀρπα legendum, quo nomine Dioscorides & Oribasius optimum Thus appellari scribit, vel λαβανας ἀρπα, uti capite præcedenti. Nec inepit λαβανας ἀρπα restituetur, Thuris puri drachmas quatuor. Sunt, qui Plinius notant, quod masculum à mammoso distinxerit. Rem, inquit, prorsus eandem separat, quia diverse expositam reperit. Thus masculum aliqui dici putabant, quod testiculorum speciem referret. Idem erat & mammosum: nam eadem figura est, geminæ mammæ & testiculorum, ita formabatur thus cum hærente & pendente adhuc gutta priore, consequebatur alia, quæ miscebat se, & priorem geminabat. Hoc thus quidam masculum vocabant. Alii mammosum à mammari figura: tamen diversum est mammosum, & masculum. Falluntur hi yiri, etiam doctissimi. Autopsia docet mammosum thus oblongis grumis quandoque singulis, quandoque geminis mammarum pendularum instar compositum. Masculum parvis, rotundis, candicantibus, aut flavis grumis, avellanæ æquilibus, non nunquam minoribus, non raro majoribus, partim singulis, partim geminis veluti testiculis coherentibus constare. Quod autem statim subjungit Plinius, singula hæc manum implere, nihil facit ad rem, & alieno loco insertum est. Præcessit de mammoso, quod ex geminatione guttae manantis formatum est: subjungit, hæc singula manum implere solita, quasi maxima illa grana sic fierent, quæ ex duplice gutta constarent. Exscriptis verba Theophrasti, quæ ad capitum finem reperiuntur, ac inepit hoc loco inseruit. Nec minus inepit, quod sequitur, Græci stagoniam & atomon tali modo appellant. Videtur velle stagoniam & atomon propriæ Græcis appellari thus hujusmodi, cuius singula grana manum impleant, quod est præter veritatem & nihil tale apud Theophrastū, qui raro id evenire innuit, ut singulæ glebae manum impleant, etiam de Indico, (pace Garcæ hoc dicere liceat) non Arabico loquitur. De Indico plura infra. Σωματίας dicitur δαθίθεον, à gutta, quod rotundum, guttatum manans, effueret. Oribasius ἀρπα ἀρπα, legit ἀρπα, individualum, quod sectionem non passum fuit. Αρπα λαβανας, meminit Polemon apud Athenæum lib. x, pag. 4. 6. Καὶ ἔτος αἰφαντος τὴν θελαστικην, καρπάμενην κύλιπην, ιτινας αὐτην αἴρει, η προσία, η λειχανεῖς ἀρπαν, η ἀλατη μετα τέτον ἀρπαντα. Proscium in mare calicem fidilem cum floribus, favis non sexto thure aliisque non nullis aromatibus. Hæc lectio probatur Helychii auctoritate: οὐτοὺς ικισφας & ἀρπας λαβανας. Sed perinde quam

quam sequamur lectionem & ἀρμον., & ἀτμητη non se-  
cum, vel sectionem non passum denotat. Probabilior O-  
ribasii lectio. Myrrha arborem Therebintho simi-  
lem esse inquit, sed scabriorem spinosioremque. Plinius lib. cit. cap. xv. αρμονια legisse videtur, aliqui simi-  
lem juniperō, scabriorem tamen spinisque horridam, folio  
rotundiore, sed sapore juniperi. Aliam ab hac plane diver-  
sam, Thuriis myrraeque dat descriptionem, Diodorus l.  
v. Η δὲ φύσις τῆς λιβανωτῆς οὐ καλοκαίρι ήτι πάθεις, οὐδέρος ήτι τοῦ  
μόδου μηχανής μεταγέννητη ή περισσότερη τῆς ἀνθετήσιος τῆς αύγουστος τῆς λο-  
χικῆς παραμετρίας, πά τούτης τῆς διανορθώσεως τὴν ὄνομαζομένην ιστι,  
καὶ τὸ αὔτον Φυτόν έπει τοῦτον χρυσοτεΐδην. Οὐ λιβανωτῆς μόνον  
εἰδῶς αὐτῆς, οὐτετέται οὐδὲ δάκρυον. τὸ δὲ τοῦ σμένερης δέρματος οὐκονο-  
ίσι τῇ σχινῷ τὸ τούτον ξένη λαβάται, εἰ πυρετόν, οὐτε τετραγόνη, οὐτε τετράγωνη  
οὐδεποτε φύσισται τούτης τῆς λαβάται τὸ πίλων. Καὶ οὐτοῦ μηνὸς αὐτούτου  
τῇ φύσει τοῦ τετταράγωνος τὸ δέρματος θεραπεύεται, ιαρόν. Οὐ δέρματος οὐ μην  
πυρρίδος ιαγωνὸς τετταράγωνος δέρματος οὐδὲ τοῦ θρόνου ηλεκτροῦ χαρακεστός ήτι.  
Natura, Thuriis & collectio ad hunc se modum habet. Arbor  
est pusilla, alba, Aegyptiorum spinae, (vide l. iv, c. iii hist.  
Interpres κνάμη faba) ad spectu similis, foliaque salicis re-  
fert. Florem gerit aurei coloris, ex cuius cortice inciso suc-  
cus instar lachryma exstillat. Myrrha arbor lentisci formam  
imitatur, sed folium habet tenuius, magisque constipa-  
tum, effossa circum radices terra, (quod ablaqueare di-  
cunt) succus emanat. quæ in bona existunt terra, (idem  
ferè Plinii verba supra citata, autumno, inquit, legi-  
tur — corticibus incisis) bis quotannis, in vere scilicet  
& estate suocum emitunt. Vernus equidem rufus est  
arborem, sed hyemalis album habet colorem. Hyemalem  
vocat, qui autumnali tempore, ex aestiva incisione col-  
ligitur. Vernum: qui vere colligitur ex hyberna. Il-  
lud notandum, quod Dioscorides non Thuris, sed  
Myrrha arborem spinae Aegyptiæ similem dicat.  
Theophrastus jam dixi Thuriis arborem comparat  
lentisco. An Diodori, an librarii (qui alterum pro alte-  
ro scripsit) error hic asserere neque verisimile Diodori.  
Diocorides lib. i. cap. lxxvi i. εὐνέρα δέρματος οὐ δέρμα  
γεννώμενα οὐ Αρμονια οὐδεις (vulgo ομοιος) τῆς αύγουστης, ἀργο-  
θη, εἰ γεννώμενα δέρματα οὐ δέρματα οὐ πεπεριπετατα θεραπεύεται. τὸ  
οὐτοῦ τοῦ τετταράγωνος θεραπεύεται. Myrrha lachryma arboris na-  
scientis in Arabia Aegyptiæ spinae similis, qua quidem inci-  
sa lachryma in substrata tegetes destillat, pars vero circa  
caudicem ipsam concrescit. Acatiae arbori non dissimilem  
esse myrrha, ex Theophrasto colligi etiam potest,  
contortam enim dixit & spinosam. Vide quæ cap. de  
Acacia. Thuriis arborem lentisco similem scriptis  
Theophrasto. Plinius, & ex recentioribus Chareias, qui  
Myrrha lentisco similem dixerit repperi neminem.

*Myrrha lentico natiem dixerit repperi neminem.*  
*Prædag. Vtrmq; arborē inquit nasci in terra argillo-*  
*sa & crustosa, &c. Male Theodorus ~~ad~~ fabulosa*  
*vertit. An itaque legit ~~amplius~~, aut ~~quam~~ Neutrūm*  
*arridet. Non cohæret argilla cum sabulo, dissimiles na-*  
*turæ & inconciliabiles. Servo itaque ~~ad~~ omnis e-*  
*nim argillacea terra, ubi estu coquitur crustatur. Plinius*  
*loco citato: Terram argillosam esse convenit, raris fon-*  
*tibus ac nitrofis. Nitrofos fontes esse non scripsit Theo-*  
*phrastus, nec inde non esse verum colligi non potest.*

pharitus, nec inde non et verum singulare. Tunc  
Tidem nequepius. Non desunt, inquit, qui terebintham  
similem thuris arborem esse ajunt? Hunc locum his  
verbis exscriptis Plinius: *Quidam, inquit, terebintham*  
*esse, & hoc visum Antigono regi allato frutice.* Theo-  
phrastus non fruticem, sed lignum allatum scribit.

**Q**uartus non solum, sed etiam Alii, inquit, Thus myrrhamque, ex eadem arbore nasci scribunt. Plinius loco citato: *Nec non fere qui è thuris arbore utrumque nasci mentirentur.* Sanè parum hoc verisimile, nam dissimilis nimium lachryma.

*Ex ei rō. Probat eorum opinionem, qui lauro simile dixerunt. Plinius loco citato: *Cortice lauri esse constat, quidem & folium simile dixerunt.* Talis certe fuit arbor Sardibus. Nam & Asiae reges sevendi curam habuerunt. Quod Theophrastus probabile dicit, id Plinius affirmat. Probat verisimile admodum facie laurina thuris Arabicæ arbore esse, quia Thus quod collectum ex arbore circa Sardes nata, proximum visu odoratuque erat thuri in Arabia collectum. Quod addit Thuris arborem planè cultum omnem aspernari, sibi contradicere videtur. Nam ad principium capitatis dixit, quasdam colli, quasdam agere vitam incultam. Dicendum inde non posse concludi non aspernari cultam, vel dicendum respectu reliquarum arborum, hanc non videri culturam.*

Kallim. Plinius loco citato: *Quidam in insulis melius putant gigni. Inba insulisi negat nasci.* <sup>egressor</sup> dixit

præceptor, id est, *visu pulchrius*. Si enim quod in Arabia nascitur suavius, quomodo melius quod in insulis provenit? Bonitas enim Thuris ab odore est. Omisit doctiss. Gaza, *τὸν πάχον*, credo quod depravata. Leggo ἀντὶ τοῦ *ἀρχεστον*. In insulis que sub Indorum imperio sunt. Ab his insulis thuris aliud genus Indicum dictum. Quod ignoraruntii, qui veterum scripta hac de causa rodunt. Per universam Indianam, inquit Archiater regis Indiae, Thus non nasci certum est, cum quicquid Thuris hic consumitur, & hinc in Lusitaniam evehitur ex Arabia deseratur. Non possum ergo non mirari à quo Dioscorides, (quem tamen Avicenna lib. 2, cap. 525 securus est) Thus in India nasci acceperit, de Arabibus minus mirum, qui nigricantem colorem, quo Thus Indicum præditum esse vult Dioscorides. Indum plerumque vocent, ut ex myrobalano nigro, quem Indianum appellant, patet. Indum vocarunt Græci, non quod in terra ipsa Indiae continentem nasceretur, sed in insulis Arabiæ adjacentibus, que tum temporis erant, sub Indorum potestate, que deinde ab Arabibus fortasse sunt recuperatae, & hodie sub eorum sunt principatu. Adscribam verba Dioscoridis, quia huic Theophrasti loco multum lucis præbent. O οὐδὲ ἴδιος τὸν κύριόν ἐστι τοῦ πεπλός τῶν γένεων. γίνεται οὐδὲ καὶ νέον τὸν ιτινδρυτὸν προσγέλλεται. τεμοντες γένεαν αὐτὸν οὐ πετεγείων σχηματεῖαι καὶ βαθύστεις οὐ περιέμετα, κυλίσσοντες δὲ δοτιλαβοι τὸ σεργαλύνθεον σχῆμα γένεσθαι οὐδὲ ταῦτα θεωρεῖται ἀποτελεῖσθαι οὐδὲ μητερούσια. Indicum vero subfulvum est, & livido colore, sed rotundum etiam arte & industria factitatur. Nam in quadrangulares formas dissectum fictilibus tamdui versant, atque voluant, donec formam rotundam contraxerit. Venum bujusmodi thus tempore slavescit, atomumque aut grygium vocatur. Dissectum, inquit, in quadrangulares formas. Theophrastus accipere quamlibet formam ait, pro incisione quā ipsi thuri, dum manat ex arbore dare vis. Quod non percepit interpres, qui vertit. In hī enim & figurari — siquidē pro incisura facta, figura Thuri se quatur necesse est. Non arbor incidatur, sed thus in arbore dum manat, ut quodlibet σχῆμα accipiat. Nec enim incisura arboris formam dare potest. τῷ διαχειριστῳ lachrimæ. Thus Indicum, non arbor thuri, ut docet Dioscorides ἵππους, incisiones patiebatur, ut in rotundam figuram formaretur. Ideo etiam dixit Theophrastus, Thus insularum κάτιον existere, quia longe absolutior illi rotunditas quærebatur arte, quam natura in Arabico rotundum fluit illud, & granis minutis; contra Indicum largè manabat, maximis, inæqualibus, pondere sextantalibus & tridentalibus, vel majoribus glebis, vel ut Theophrastus, manualibus, ut mole sua manum implere possint. Quod ut Arabicum mentiretur, in variis, dum fluit, formas secatur, deinceps versatur, ac volutatur in fictili aliquo, usque rotundum sit, subfulvum & lividum inquit, id est nigricans. Hoc Thuri genus ἄνηρ dictum scribit. At codicem depravatum doct. Botanici recte judicant. Quomodo autem restituī debeat, non satis inter illos convenit, quidam vocem hanc irrepsisse putant, ac abundare, ac idcirco delendam. Marcellus, *μητρός* restituit. Quæ correctio Manardo non placet, qui vocem ἄνηρ servandam dicit, sed quomodo vertendum sit, dubitat. Non enim video, inquit, quid Thuri bonitatis accrescat si nihil ab eo derasum, desectum, ablatumque fuerit, aut quæ ab eo perfectio tollatur, si qua particula auferatur, cum possit aliquid deradi, quod si minus adsit, speciosum & efficax reddit, quod rheubarbarico altisque medicamentis quotidie contingit, sed gummis atque omnibus ferè quæ ad usum hominis veniunt. Si individuum quoque dixerimus, nescio an mentem Dioscoridis exprimemus. Ego si vertendus esset hic locus, non sectum dicarem. Sicuti enim quæ Græci *ἱππους*, Latinis appellant insecta, nec hoc à tua (*id est* Marcelli) interpretatione multum abest. Licet aliam in appendice lib. I vadearis habere sententiam, posset forte, ne absque ratione insectile, hoc est quod facile secari non potest intelligi. Id enim quandoque ea voce significari lib. V, Philos. scribit Aristoteles. Haec tenus Manardus, cuius opinionem neutiquam probo, quod omnia sectionem admittat, variamque incisione acquirit figuram, ac facilimè secatur, quare Marcelli correctionem approbo: nisi quis mallet, quod sectione pulchrius evadat, omnemque formam acquirat, *ἱππους* legere, vel Mattholi sequi opinionem, qui delendam hanc vocem inquit, quod apud Oribasium non reperiatur. *οἰαζός* inquit, vocatur. Marcellus in optimo codice *ταξιδεύεις* legi;

scribit. Quam lectionem Aldus securus est. Nullo modo haec tolerari potest. Nam idem *syagrus*, quod *saccharum*, utrumque *άσαις* quod Arabico Thuri, ut non semel dictum, proprium, & quod in rotunda gutta decedit fluitve ex arbore. Contra Indicum ubertim, magnaque gleba fluit, adeo ut manum nonnunquam impletat. Quare *άσαις* & legendum, quod non guttatum, sed affatim fluat. Theophrastus enim *χειροποιός* esse scribit, id est manum implens. *Ασαγρός*, idem quod *άσαις*, quod πολὺ καὶ λαβόγε τεste Hesychio significat. Idem *άσαιτος* ὁ καὶ τὰ σάζεα αἱλάνη. Sed cur vulgata lectio quae etiam apud Oribasium reperitur servari nequit. Syagrum promontorium est sinus Sachalitis in Arabia felici, non longe à Thurifera regione, ubi portus erat & castrum, thurisque quod ex terra regione colligebatur horreum, Auctor Peripli Σύναξις ἐφ' Φρέσιον οὗ τῆς χώρας καὶ λιμνὴς καὶ αποθήκη τῆς συναγρίας λιβάνου. Thus Indicum syagrum vocatur, quod veteres cederent, ex insulis quæ sub Indorum erant potestate, deferrit thus ad promontorium Syagrum. Sic cinnamomum μέσονδον, cassia μεσονδίη, à promontorio Mosylo dicebatur. Marcellus non *ασαγρός*, sed *αναγεῖτη λιβανωτή*, gentilis nominis adjectiva forma legendum contendit. Sed jam dixi *κινναμομόν* μεσονδον δέ *ασαγρός* μεσονδίη dici, pro *μεσονδίη*. Sequitur apud Dioscoridem Διυπέρινον οἷον *Ασαγρίας* τῇ οὐ αἰμηλῷ, οὐ ἵνοι κοπίσκον καλέστη, μικροπτεροῦ καὶ κιρρότεροῦ οὖτε. λέρατο οἷον τῇ αἰμηλίτης, ἀλλας μὲν λογίκος εἰ τὸ καλάθετον σύδιδες ας ματίχη. δολικτηὶ πατέλιβαντο τῇ πτυνίᾳ ηττινή μεθοδεύομεν. Εἴ κόμη, οὐχιρῆς δέ εἰσι διάγρασις, πατέλιβαντο κόμης τοῖς σκόφλοις πατέλιβαντοι, καὶ δι παππηντοῖς φατόνοις τερέται. οὐδὲ λιβανωτὸς ἐξαπτεται. δηλοὶ οἵ τι καὶ ὅποι τὸ πέτρη. Secundum locum tenet *Arabias*, quodquid *in Amelo* nascitur. Id nonnulli copiscum nominant, & minus & fulvius existit. Et genus quoddam cui amomieta cognomen, quodq; cetera candidum quidem est, at dum mollitur subigiturque, masticibus more digitis cedit. Adulteratur porro thus omne pinea resina, & gummi artificiose tractatum. Sed maleficium facile deprehenditur; siquidem incensum gummi flammā non concipit, resina in fumū vanescit. Thus vero exardecit, bujusmodi prætore a fraudem, & odor ipse prodit. Lege ex Oribasio διτετετερος οὐρανίας. Plinius loco citato Græci *stageniam* & atomon tali modo appellant. Minorem orobiam. A figura quadam ervi, sic thus vocatum fuisse verisimile, cuius frusta vix orobi modum excedunt. Ruellius τὸ στομα λαβει legit. Marcellus, οὐδὲ οὐ σκιάτος, dicitque in melioribus codicibus legi μελιάτος, diversam coloris aut loci in quo nascitur figuram habens: Nobis inclinat, inquit, animus, à colore sic dictum fuisse existimemus, quando hic statim subjicit, quantitate minimum esse hoc thus, & κιρρότερον, id est ruffo colore, quartum vocum altera orobie, altera melino, id est luteo colori respondere videtur, quod sic meliloton appellat. Alii malunt legere οὐ σκιάτος, vel τὸ ινσιάτος, quod idem est, σκιάτος & σκιάτον scalprum significat, unde tuis Κυιλάτον, quod in cortice concretum adhaeret, & scalpris deradendum erat, quod ινσιάτον dici queat, glossē scalprum Κυιλάτον scalpellum Κυιλάτον. Theophrastus οὐδὲ τὸ Φιάτον λιβανωτὸν — σοδητος. Hæc opinio non arredit, non enim possit dici orobæum, nam frusta illa & majora forent nihilque orobum referrent. Deinde genus hoc Thuris pessimum esse, inquit Theophrastus, Dioscorides secundum obtinere locum. Errat itaque doctiss. vir cum hoc genus minutum corticosum & improbari scribit. Oribasius vocem hanc non habet, uti nec οὐσιόν οὐπιστος, οὐδὲ σπuria itaque & adscititia. Quid οὐσιόν significet, inquit Marcellus, incertum est nobis, si adulterinum ea voce indicaverit Dioscorides. οὐπιστος enim Græcis φυσιῶν mentiri significat. Alii malunt οὐσιόν dici, quasi frustulum excisum, κύπτης enim frustum: unde οὐσιόν. Hesychius μεραδα interpretatur τεφγημα θερα. Idem & οὐσιόν, glossa frustum κόπτον τόμος. alias κόπτον frustum, idem & οὐσιός & οὐπιστος &c. Κοπιστος nomen accepit quod locum in epulis haberet ad conciliandum odorem, Atheneus lib. xii v. cap. iv in secunda mensa locum habuisse thus scribit. Apud eundem οὐσιόν c. enan vel epulum ago, significat. Κίων etiam cæna Lacedemoniorum. Κοπιστος itaque λιβανωτος. Thus quo utebantur in epulis. Thus illud est granis minutis ero aequalibus, odore masculo simile. Aliud genus amomita vocatur, quod apud Hesychium ἄμμων dictum reperio, ἄμμων εἰ τοῖς οὐρανοῖς οὐ λιβανωτος. Notarunt viri docti ἄμμων λιβανωτος, thus esse & sincerum & inculpatum, veteresque ἄμμων vocasse omne aroma,

quod purum & non vitiatum esset. Et hoc thus is genus inter ea quae ad nos feruntur, reperitur. *Adulteratur*, inquit Plinius *this apud nos resina, candida gemma per quam simili, sed deprehenditur quibus dictum est modis*. Facillime resina adulterari poterat, quia ut Plinius lib. xv i, cap. x scribit: *picea plurimam resinam fundit, interveniente candida gemma, tam simili thuris ut misa visu discerni non queat, unde fraus seplasie*. Alius resinae color rufus aut melleus est, quare thus illud quod adulterabatur melleum erat. Recettiores resina a terebinthina adulterari quandam solebant. Sed ea thure est multo pretiosior. Nec hodie adulteratur thus. Vili enim emitur.

*στάχης τηλεοντικής*. Hunc locum Plinius ex scripsit lib. xii, cap. xiv. *Etiamnum tamen inveniuntur guttae, quae tertiam partem mina hoc est xxxix denariorum pondus aequaliter*. Mira haec sunt. Guttae istae quae tertiam partem minae pendebant, ex ipse erant, que manum imple solitas paulo ante scripsit. Quod testatur Theophrastus quantum ad molem *χειροπανδιάσια* erant, quantum ad pondus tertiam mina partem aequaliter. Male itaque Plinius haec disjunctit, & loci unius sententiam divisam fecit, quasi de diversis rebus exposita esset. Optimus porro Salmanticensis, & Rigaltianus codex habet xxviii denariorum. Quam lectionem docti probant, quia octoginta quatuor denarii Romani, minam constituebant, cuius pars tertia viginti octo denarii. Videat lector Celsum lib. v, cap. xv i. Illud etiam addendum, Plinium Atticam intelligere minam, non Romanam: etenim haec ex Theophrasto exscripsit, cui Romana mina incognita erat.

Plures thuris hodie habentur species, colore, figura, & magnitudine granorum differentes. Indicum quod maximis & inaequalibus glebis constat, lividum, nigricans, candicantibus aut flavis maculis varium est. Mammolum oblongis glumis, mammarium forma compositum. Masculum parvis, rotundis, candicantibus, aut flavis grumis, interdum singulis, interdum geminis, velut testiculis, constat. Orobuxum minimis grumulis, ervo aequalibus odore masculo simile. Nonnunquam & cortex adhaerens adfertur. Thuri pollena & farina, ex crebra in saccis concussione, manna thuri dicitur.

*Αρέπος τηλεοντικής*. Horum verborum sensum hunc viri docti esse scribunt, ac interpretantur. Thus omne iners advehitur & aspectu cortici simile est; myrra vero factitia, alia liquida adfertur, alia dura. Dicit Theophrastus omne thus *ἀρέπος* advehi, natum scilicet, & quale ex arbore fluxit, contra myrram factitiam, etiam hujus myrrae quae adfertur, aliam esse *συκηνή*, aliam *θάλασση*. Vtramque scilicet curatione & arte; sic factam. Hunc ut verum fatear sensum ex verbis Theophrasti colligere nequo. Haec mens est praceptoris. Thus omne advehi rude, quomodo ex arbore manavit, contra myrram aliam adferri puram, non adulteratam, aliam contra depravatam, & factitiam arteque corrumpam. Hoc enim πλάγιος fictitius, adulterinus commentitius, &c. Qui *θάλασση* duram interpretarit repperi neminem: contra *θάλασση* liquidam interpretandum facilius probari potest. Πλάγιον enim φέρουσα Aristophanis Scholia festes exponit, medicamentum quod illinendo adhibetur. At ea non sicca, sed liquida, vel media consistentiae esse solent. Nec plinius in historia Ladani ut scribunt, *αὐτωλάζους offas facere* vertit, sed *αὐτωλάζου μαριδες*, sic vertit. Verba Dioscoridis *αὐτωλάζους αὐτωλαζετες μαριδες*. Αὐτωλάζω nihil aliud quam fingo, compono. Stacte hoc loco purum, quomodo ex arbore fluxit. Aliud quod veteres stacten vocarunt. Plinius cap. de myrra. *Subdant autem sponte prius quam incidentur stacten dictam, cui nulla præfertur*. Stacten vocat myrram quae sponte ex arbore stillat, quod tanien præter veritatem est, & à veterum scriptis alienum. Hac occasione non nihil de stacte nobis dicendum. Στάχη Tibullus Syrium rorem vocat.

Stillabat Syrio myrtle rore coma.

Στάχη δια τὸ μικρόν σεῖον, Græcis dicitur. Theophrastus lib. de odoribus, *καὶ γὰρ ἐν κινητούσιν ἡ ἐν τῷ Κεντρίνῳ ποτεμένη γῆ ἔταιον τοῦ*. Στάχη εἰς κολατὴν θύραν τὸ καὶ μικρόν σταχίον δὲ μόνον τὸν φασι ἀπλέτην εἶναι, καὶ αὐτήν τοι μέρον. τοῦ δὲ αὐτας πάντα τοῦ Καρπετανοῦ — οἱ δὲ την ιερατικην της στάχητης εἰς την πανδέη την σεμνων ὅταν κόφωσι καὶ διατέλεσσιν οἱ ιατροί βασανίν πορι καταλαβοῦσιν παχύν θεραπεύουσι, συνιστούσι εἰς βυθον την Συνόραν καὶ τὸν αὐτὸν καθηπτικὸν ὄλευθην οἱ τε τοι συμβούτοι μέρον — απεθεῖσι, τὸν δὲ υπόστροφον λόπολιθον θεραπεύουσι. Nam οὐκ εἰς cinnamomo, lachryma οὐκ εἰς myrra. Tuja enim ex ea fluuit.

oleum, quod quia minutatim stillat, Stacte vocatur. Hoc nonnulli ex uuguensis unum simplex nec compositum praedicant. Nam alia omnia composita sunt. — Alii stactes confectionem talem esse, myrrham tuam. Et in oleo liquefactam balanino, igni lento fomat, calida perfundit, eamque cum oleo pessum velvetum limum sidere. Quod ubi eventus aquam collo defundi, & reliquum quod subsidit, praelu exprimi. Ad hunc locum respexisse in his versibus videtur Lucretius:

Si amaracini blandum, stacteque liquorē  
Et nardi florem, nectar, qui naribus balat  
Cum facere instituas. cum primus querere par est.  
Quod licet ac possis reperire inolentia olivae  
Naturam, nullam quae mittit naribus auram.

Dioscorides lib. I, cap. LXXXIII, Στακτὴ δὲ καλέται τὸς αρσεφάτης Κυνέρη τὸ διπλογύ κεραμίδην μήδαλον ἐλύθη, διπλοθεμίδην (lege διπλοθεμίδην, & refer ad prius Κυνέρην, vel lege διπλοθεμίδην, & refer ad διπλογύ) διόργανη διάδην τὸ λιανηκόν πολυπλάνην. ιστ. καὶ καθ' εἰσηγήσουν (τὴν lege vel πιθεῖν Aetius. ινδῆς λιανηκόν πολυπλάνης δέπτη, καὶ καθ' εἰσηγήσουν πιθεῖν) μέντην τὸ καλεμίδην στακτήν. δέκιμον ἡ ἀμυγδαλίας εἶναι εἰλαχίστην τὸ εἴσιν δινάμην κατεπικήν. Stacte vero vocatur pinguedo recentis myrrha, cum aqua pauca cōtūse, & organo expressa, ea per quam odorata & pretiosa est. Quippe qua unguentum per se faciat, quod stacte nominatur. Probatur qua olei nibil admistum habet, quæque vel minima quantitate, vim maximam sortita est. Ex his locis Athenæus facile intelligi potest, lib. xv. μύρη μύρη γόνη Κυνέρη παρ' αὐτοῦ εἰπεῖν τὸ πολλὰ τὸ μύρον Διόργανη ονομάζεται καὶ τὴν στακτήν καλεμίδην Διόργανη πεντέν. Interpres vir doctiss. locum hunc non intellexit. Vertendum μύρην, hoc est unguentum, quasi μύρη & σμύρνη ab Aeolis, quod multa unguenta ex Smyrna sive myrrha conficerentur, quod vero stacte dicitur, ex sola fit myrrha, Plinius lib. XIIII, cap. 1. Myrrha & per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat. Stacte ad nos, quod sciām, non adfertur. Qui styracem liquidam veterum stactem faciunt, à vero longè absunt. Scio quod apud Serapionem cap. de styrace legatur, liquidam styracem ex myrrha primum aqua conspersa ac deinde expressa fieri, sed respondeo Serapionem in ipsa styracis historia, non unum commisso errorem. Aliam enim plane diversam à Dioscoride storacis dat delineationē. Storacem hanc non esse stactem, vel eo probatur argumento, quod vili ematur: cum veteres omnes prætiosissimum stactem esse scriplerūt. Stacte præterea amara. Talis enim myrrha, contra styrax liquida. In legitima tamen styrace liquida non obscuram reperiari amaritudinem scribit Mathiolus: penes scriptorem fidet. Talis saltē ad nos non adfertur. Nec novi orbis balsamum stacte est, manat enim ex arbore, nec ex myrrha exprimitur, nec myrrha instar amara, levem tantum amaritudinem habet. Ex selecta, & optima myrrha stactem expressit Peninus, diu, lateque aromatum modo jucunde olentem, cum nonnulla gravitate. Myrrha generā optimæque notæ ex Dioscoride addere huic capitū placet. καὶ λιπαρὴν αὐτῆς ἡ μὲν τὸ πεταστὸν λιπαρὴ, ἡ πιζὴν, ἡ σακτὴ λαυρίστη. Myrrha quædam pediaspīna, quasi campestris appellatur, pinguis ex qua expressa stacte excipitur. Theophrastus thuris arbores vel in montibus, vel ad radicem montis nasci tradit, quæ quoniam Græcis nōdor, πεδιάσπην, hanc myrrham vocavit. H' δὲ τε γεωγραφία τὸ ιουρεῖον τὸ λιπαρὸν τὸν ποτὶς γεωργίαν, καὶ πολλὸν αἰνιστὸν τὸ στεντόν. Alia vero gabires, latē ac pinguis solo, proveniens, quæ multam quoque stactem sudat. A Gaba, sive Gabba Arabiæ vel Syriæ urbe nomen accepisse videtur. Τεργυλοδοπηκη ποταμὸν δέ τὸ τὸ γεωργίαν αὐτῆς χώρας υπόλαμπον καὶ δεκτὴν ἔσται, διωγῆς. Primas vero tenet quæ troglodytica cognominatur, à loco in quo gignitur, pallescens, ea quidem mordax per medium splendens. Plinius lib. II, cap. xv. Genera complura: Troglodytica sylvestrium prima — Probatur troglodytica pinguitudine, & quod aspectu aridior est, sordidaque ac barbara, sed acrior est ceterū. Corrigunt viri doctiss. Probatur troglodytica pinguedine & succo, aspectu viridior, sordidaque (alii horrida) ac barbara. Sordidam myrrham hanc esse non sit verisimile, nec Plinius sic scripsisse credo. Isidorus myrrha autem troglitis ab insula Arabiæ dicta, ubi melior colligitur, & purior. Hinc in vetere hymno regum troglitis myrrha, pro optima ponitur.

Thus deo myrrham troglitici humano  
(At alii legunt troglodytin.)  
bracteas regi Chryses ducenti.

Trogloditæ sunt populi Äthiophiæ, cavernas incolentes, Plinius lib. vi. cap. xxix. Troglodytes sunt dicti, quod cavernas specus subirent. Τρογλοδύται hirundinis species in foraminibus & cavernis nidulantis. Sic dicta, quod in cavis & rimis turrium, ac templorum sese occultent, & in his nidum texant. Trogloditas doctiores putant gentem esse Abyssinorum, proximam rubro mari, indigenasque regnum hoc Barnagas appellare. Ψεκλωροί Plinius viridior, malo è virore pallescens vel subpallescens, vel aliqua ex parte pallens. Διόργανη pallidum quandoque significare alibi probavi. Galenus lib. I prognostic ad hunc Hippoc. locum. Καὶ τὸ χρῶμα τὸ σύμπατον τοσοῦτον χλωρόν εί μέλαν. Hunc Celsus lib. II, cap. vi vertit. color, inquit, aut niger aut perpallidus. Et hoc probat Galenus μικροτερούσης διατοπής τὸ χρῶμα, ειδῆς διατοπής διατοπής οἱ παλαιοὶ ποτὲ μήτε στριψόν, ειδῶν διατοπής διατοπής διατοπής τὸ τριπλακτικόν καλέσσονται χλωροί. Præstantissima myrrha pallescens. Vidimus, inquit Adversariorum Autostoces, in officina Guisbelmi Driash periti pharmacopei Antwerpensis fulvam, albescensem adeoque viridem myrrham. Itaque illud χλωρό, ut est vagum significatione, ita congruit rei facile varianti colore, si quis namque expiscetur sedulo, videbit interdum frustula viridianitia, cuiusmodi non unum habuimus, quod multis ostendimus. Videlim & nos hujusmodi myrrham, sed bonitate vulgariter optima cedebat. Fortassis non male subluteam quis veteret. Talis enim myrræ color. Ovi luteo non inepte comparari potest. Hipp. οὐδὲ ποτὲ: in fluxu muliebri, πίεσθε χλωρόν, οὐδὲ τὸ φλεγόν, fluit subluteum qualis ex ovo. Eodem libro προστίτης οὐδὲ πρὸς τὸ φλεγόν χλωρόν υπόλευκον. Expurgatur luteum, fulbidum, quale ex ovo crudo. Galenus comm. 5, in lib. VI, Epid. Αἱ τὸ χρῶμα γλυκῆται τὸν εἴπλωτον οὐφάς, αὐτὴν τὸν αἰχμήν υπὸ τὸν ωργάνον χολῆς βαστάζειν. Διωγῆς pallucida, splendens. Malo per medium splendens, ut Διόργανη, Διόργανη per medium album, purpureum. Præpositio Διόργανη inter cæteras significationes transiit, trajectionemq; ab altera in alteram partem, ut in diametro mathematici ostendunt, significat. Et in compositione eandem retinet vim. Dioscorides lib. 2, cap. cxv I, Διόργανη τὸν αὐτοὺς maculis in medio purpureum, qualis dractinuli caulis; alibi Plinius Διόργανη medio candidum latine fecit, puto lib. XXI, cap. vi. Vox διωγῆς non reperitur apud Oribasium. Spuriam tamen non puto. Pergit Dioscorides. Συδιάτητη δὲ τὸ τὸ λεπτὴ μετετρέψασθαι περιπλακαὶ, σάπανδην τὸν αὐτὸν τὸ βδέλλιον υπόβεαμεν τὴν στριψήν, εἰ διηδίστη τὸπες μανιάν. Colligitur etiamnum tenuis quædam, quæ à troglodytica secunda est, bellum modo lentescens, odore quadammodo viroso, locū nascentis apricus. Corrigunt Marcellins & Cornarius, leguntque αὐτὴν λιπαρήν, λιπαρήν, idque ex auctoritate Plinii, qui loco citato scribit. Et & candida uno loco tantum, quæ in Messalam oppidum confertur. Tenuitas præterea myrrhæ non competere videtur, quia globosa illa, & in offas convoluta est, quæ forma longe à tenuitate abeft. Hoc genus me vidisse non memini. Vulgarem myrrham non esse Bellum ex hoc loco probatur, quod illa non sit mollis, sed dura. Η δὲ τε καρύκελη λιπαρίν υπέωρον, μιλαρά, καννα. Alia caucalis dicitur, exoleta, nigra, & retorrida. Sic dicitur τὸ διωγῆς τὸ πτερωτόν, quod exusta quasi sit; & hæc ad nos adfertur. Non tamen est residuum expressæ myrrhæ ut quidam putant, bacillis enim suis adhæret, nigra, secca, & retorrida. Vidi optimum myrrhæ genus bacillis adhærens, sed hoc rarissimum, nam unum alterumque tantum bacillum vidi, & κατεστὸν αὐτὸν τὸν εργαστὴν καλέται φυλακὴ εἰς αἴτην, δειπνίσα κομιζεται τὸ ὄψιν καὶ τὸ δυνατεῖν. Omnium deterrima quæ ergatisma nominatur, quippe quæ sit, squalore obfita, acris ac minime pinguis, & aspectu viribusque gummi referat. Pessima, inquit Plinius, intus usigra, pejor si etiam foris. Hoc genus etiam pro pessima agnoscunt myrrha seplastaria, καὶ ἡ αὔτη δὲ καλεμόν διπλόκερον. Improbatur etiam quæ aminea vocatur. Lego μυρρα. Minæas, vel μύρρα populi sunt, qui extimam Arabia partem colunt, adjacētes mari rubro. Magna videtur fusse regio. Plinius loco citato Minæa, in qua est Atramitica est, & Ausatitidis Gebanitarum regio. Falluntur qui gummi amine, myrrham mineam esse scribunt. Nec amarum, nec nigrum, nec gustu acre gummi illud. Addo in India provenire, non in Arabia. Vituperat Dioscorides amineam

γέλπαστον ἵκεν τὸν μύρην. Ad hunc modum, & in optimis myrrha opocalpasum reperitur, quod tamē à myrrha differt, atque secundum hæc tria, sagapenum dico opocalpasum & cassia quædam proveniunt, quæ neque chalbanum, neque cassia, neque myrrha amplius sunt, nondum tamen sagapeni, cinnamomique, aut opocalpasi naturam exacte consecuta. — at opocalpasum exstiale est, multosque nos sorte quadam vidimus nostræ in etatis decursu mori, qui myrrham cui opocalpasum mixtum esse nesciebant, assumptissent. Concludunt ex his verbis viri docti, myrrham in opocalpasum mutari, an rectè doctus Lector facile judicabit. Εὐλόγησε διὰ τὴν τινα, φανερόν, καὶ φίλων, ὡρίζεται πατρικῆς, & τῶν σὺ τῷ θεατῶντος ἀδελφοῦ διάδημα τὸν κατεβαῖνον, οὐδὲν διαφέρει τούτου. Λειτας μικροφύλωντο πικρὸν ιώνη δριμεῖσα θεραπευτικόν, ή διὰ βαρεῖαν καὶ τῇ γρήγορῃ πασχόδης εἰσὶ ἄγανθοι. Eligito rem centem frangiblem levem, undiqueaque concolorēm, quæque confracta intercurrentes linea intus secus habeat candidas unguium speciem præ se ferentes ac lœves, quæ insuper minutis fit gleba, amara, odorata, & acru: ponderosa vero & quæ pices coloris est, inutilis censetur. Plinius loco citato. In plenum autem probatio est, minutis globis nec rotundis in concretu albantis succit & tabescētis, utque fracta candidas unguies habeat, gustu leniter amara, secunda bonitas intus varia. Pessima intus nigra, pejor si etiam foris. In nonnullis libris Dioscoridis, αἰνὶ φανερόν, φαθατεᾱ legitur, squalore fragilis. Posteriorem lectionem licet reperiatur apud Oribasium, rejicio. Damnavit enim talēm Dioscorides concolorēm myrrham, etiam probavit Theophrastus. Ungues albae in minutulis glebis non raro cernuntur contractæ enim intercurrentes linea habent, candidas unguium species præ se ferentes; sed non ita conspicui unguies, ut in benzoin, nec hoc voluit Dioscorides. Cæterum non tantum minutas glebas vidi, in quibus hi unguies. Ostendit mihi Peninus fatus magna fūulta, unguibus dotata, quæque ad amusim cum declinatione veterum convenienter. Voce in aliis redundare viri docti scribunt: hoc enim præ se ferre ἔσχατον, lœvis enim & politus. Galenus myrræ non paucam amaritudinem inesse scribit, μητέ τοι τοῦ περιόδου οὐδὲν. Benzoin itaque cum nec amaritudinem, nec acrimoniam ullam habeat, myrrha esse nequit. Falluntur viri doctiss. qui amaritudinem, non omnibus myrræ speciebus inesse scribunt, quia ut inquinunt troglodytica leniter in ore lentescit, & ut Dioscorides, inquit, erosione quadam linguam pungit. Sed ad illud respondemus, omnes myrræ species amaras esse, maximeque troglodytica, idque quia optima. Dioscorides enim acrem, amaram, & odoratam eligendam præcipit. Quomodo itaque non possit esse amara. Galenus, ut jam dictum, non paucam inesse myrræ amaritudinem scripsit. Myrrha, si diligenter attendamus, non raro optima ac præstantissima adfertur. Eligenda pinguis, resinosa, ex pallore rubescens ad instar medium, quod in ovo subluteum, densa & per medium splendens, minutis glebis, quæque fracta intus habeat unguies, seu venas lineasve albas. His adnecte historiam Bdellii, Benzoin, & gummi animæ, ex notis nostris in Dioscoridem.

K E Φ. E.

*De cinamomo, & casia : tum quid de cinamomo colligendo fabulentur.*

**D**e cinamomo & cassia illa narrant. Fruticem  
esse utrumque non \* amplum, sed magnitu-  
dine † amerinæ: verum permultis furculosisque ra-  
mis constare. Cinamomum deceptum in quinas  
partes discerni. Et esse præcipua bonitatis, quod  
germinibus proximum fuerit. Idque ad palmi lon-  
gitudinem cædi; aut paulo majus. Secundum quod  
sequitur, quod etiam minus cæsura est. Tertium  
deinde & quartum notatur. Ultimum vero deterri-  
mum quod proximum radici. † Hoc enim mini-  
mum corticis haber. In quo summa gratia est, non  
in ligno. Qua de causa præferri cacumina solent  
quod corticis plurimum habeant. Quidam sic a-  
junt. Alii vero cinamomum fruticosum enarrant;  
ejusque genera duo: alterum nigrum, alterum can-  
didum. Fertur & fabula quædam. In convallibus

Ooooo

ορθες εναντι της πολλων δηγματων ηχονταις. περι  
της Φερεξαμδροι τας χειρες για τας ποδας, καταβι-  
νεστηκη συλλεγυριστην. αιδη στας εξενεγκωσι, μελοντες  
τερα μεσον, Διακηρησην πα των την ηλιου. Ειναι αυ-  
λαχη ο ηλιος, καπαλεπιτην. αποντες διαδηματος,  
οργην Φασι καπομενην πεντην. Στην μηδη γνωστην πε-  
μηδην. την μηδε καρια Φασι τας μηδη ραβδωσες  
πεντην περισσευτηκες. απλατυτερας ηχειν. ιναδεις διεσφοδρες, για την ειναι  
οντ Al. Bas. \* αει φλοιοις χαρησιμον δε την ημη πεντης την φλοιον.  
τη διε ταυτη. Οταν γνωστην πεντην τας ραβδωσες, καπακηπειν αιδηδε-  
κτολα το μηδην η μικρω μειζω. Ταυτη δημιεις διε την οδερον βυρον καπαρρ απλειν. ειτε την ξυ-  
λων οπωρδιων, σκωληκια γινεσθαι, αι τη μηδη ξυλων  
καπεθεις τη φλοιον δε για απλεται, Διατη πικρό-  
τηται. Ει δερματητης οσμης. για την μηδη καριας ημη  
κιναμωματος, τοσαντη λεγεται.

enim exire id ajunt, in iisque serpentes \* plurimos + Alatos.  
versari mortum hominibus mortiferum inferent + Quod cum  
tes, adversum quos incolas septis manibus pedibus- deportarint,  
que descendere, atque ita legere cinamomum: ac in tres  
† quod cum deportaverint, toto in ternas partes di- partes divi-  
viso, ad solem sortiuntur. Quodque soli forte cesse- scirent, ince-  
rit, id solum relinquere, abeunteisque flagrare illud unt cum fo-  
sponte confessim cernere. Sed haec plane fabula est. rationem,  
Casiam vero sarmento crassiori constare, nervo- tum que  
samque admodum esse volunt, nec ullo pacto posse portio illi  
decorticari. Ac ejus etiam corticem esse utilē. Cum iraque virgas secant, longitudine binum digi- obtigerit,  
torum, aut paulo ampliores absindere, † recenti- eam relin-  
que bovis corio eas insuere. Tum ex eo lignis pu- quunt, abe-  
tresentibus vermiculos nasci, que lignum ero- untesq; eam  
dant: corticem vero nullatenus tangant, ob amari- confes-  
tudinem acrimoniamque odoris. De casia cinamo- flagrari  
moque haec referunt. cernunt.  
† Corio bo- vis rēcens de- trac-  
tio.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**P**EGIUS *vir apud eos*. Occasione peregrini generis ex proposita egreditur historia succorum, atque lacrymarum, quam ab inicio instituerat. Quare cogetur postea repetere.

X̄π̄τημ<sup>ω</sup> ḥ Σ̄τ̄. Theodorus, in quo summa gratia est, Plinium sequutus: verum cum addit<sup>s</sup> τὸ ξύλον facit comparationem ex usu , non ex gratia. Videtur enim in ligno quoque esse gratia, at non usus. Multa grata sunt, & nullo usui : etiam damno quædam.

*Διονεληθεταὶ ταῖς αὐτοῖς τὸν θῆλιον, καὶ οὐ πᾶν λαβόμενον, οὐδὲν*

*περι. Theodorus. Quodque ad solem forte illi cesserit, id solum relinquere. Orationem facit barbarum. Διανη-  
γκυης οι, significat, forte inter nos certamus, utra  
portio eveniat. Sic dices: cum tres in partes diviserint:  
ineunt cum sole sortiendi rationem, tum que portio illi ob-  
tigerit, eam relinquunt. Plinius perspicue, cum sole dividi,  
ternasque fieri partes.*

Παθός πλανής. Theodorus legit πυχνίας. Lege  
πειλίψη, non autem πειβλίση.

IOANNIS BODÆI A STAPEL

**D**e cinnamomo, cassia, aliisque aromatibus, ab antiquis, varia ac incerta, tradita, scriptaque esse, nemini mirum videri debet idcirco tamen nec calumnandi, nec notandi. Nam teste Plinio lib. xi. cap. xix. tam longa difficultate via petebantur olim aromata, ut perfectam illorum notitiam consequi non potuerint. Vix enim quinto anno negotiatores reverti poterant. Quo tempore spatio in itinere multi moriebantur, nec non fabulae excogitabantur. In exponenda cassiae cinnamomiq; historia, Dioscoridem lequer, quod (salvo tamen meliori judicio) paulo clarius, fuisseque aromatum historiam tradiderit. Cassie, vel cassie nomen, (scribitur enim, vel per duplex, vel simplex). Virgilius secundo Georgicon:

*Nec casiae liquidi corrumpitur usus olivi  
quem versum Satyra secunda imitatus est Persius.*

*Hic sibi corrupto casiam dissolvit ol. vo.*

Σπέρματος, βαλσαμόν τε καὶ σὺν κινδύνῳ βαλονθός.

*Viticis accedant, & cinamon, atque Sabae*

Frequentius tamen *nirva' μερμον*, quam *κιναμον* dixerunt. Fuit etiam avis cinnamomon dictus, ex cuius nido cinnamomon perebatur, Aristoteles lib. **ix.** hist. animal. cap. **xx.** Φαστὶ δὲ τὸ κιναμόνιμον σύρτος εἶναι ἀπὸ τῆς στρατιωτικῆς

NOTÆ & COMMENTARIUS.

των Ε τὸ καλέρρομον κίνημά μων φίζειν. πολὺ τὸ τῆς εἰσιν καὶ τῶν  
κατόπιν οὐδὲ μάκρη πολεῖθεν, ποτίσσει δὲ οὐ ψήλη διέφρει. Εἰ τὸ μὲν  
γυαλοῦς οὐ διέφρει, αἷδα τὸν ιγχωτέον μολυβδὸν τοσούτος  
περιπετεῖται, τεξίνοταν καταβαλλεῖ, Εἴ συνταχται, ἐν θυτοῖς  
εγενετὲ τὸ κίνημα μων. Ajunt etiam cinnamomum avem esse,  
ex locis illis, eamque aliunde ferre, quod cinnamomon vocant,  
ex eo sibi nidum edificare, summis arborum ramis  
impositum, incolas apto ad sagittas plumbo dejicere, atque  
ita ex congesto colligere cinnamomum. Antigonus Carystius  
in admirandis, τοιούτοις δὲ παῖς Ε τὸ κίνημα μων δρύινον εἶναι καὶ  
ἀρεώματο φίζειν τὴν μετατρέπειαν τὸν τάπτον ποιῶσθε. ποτίσσει δὲ,  
οὐ ψήλη διέφρει Ε αἴστωτο, τεξίνοταν καταβαλλεῖ, μολυβδὸν τὸν διέφρει  
καταπλακεῖται, τεξίνοταν καταβαλλεῖ τὸν τεττάλα. Quosdam  
narrare, esse etiam avem cinnamomum, quae aromata ferat,  
εἰ cinnamo quo nidum construat, in celsis, inaccessissime ar-  
boribus, incolas sagittis plumbo praefixis jaculari. Εἰ deji-  
cere nidos. Hæc fatis oftendunt, depravatum Plinii co-  
dicem esse, & pro cinnamolgo cinnamomum restitu-  
endum. Quidam in phœniciis nido cinnamomum reperiti  
scribunt. Statius in Epiced. Pileti:

*Et cilicum messes phariæque exempta volucris  
cinnama.*

Per pharium volucrem nemo dubitat phœnicem intel-  
ligi. Sic dicebatur phœnix, quod in Ægypti urbem  
in aliis postis prologos patris sui deferret ex Arabia. Martial.

*Quod semper casia, cinnamoqu  
E: mida nigrum, alia: fuscum.*

*Et nido niger alitis superbæ  
Flagræ plumbæ vicinæ in a-*

*Cinnamomum*, inquit Plinius lib. xix, cap. xix, & cassis fabulose narravit antiquitas, princepsq; Herodotus, avum nidi, & privatim phœnicum, in quo situ liber pater educatus esset, ex niviis rupibus arboribusque decurrit, carnis quam ipsæ inferrent pondere, aut plumbatis sagittis. Herodoti verba hæc sunt: ὅρθις δὲ λίγης μετάλας φίσαι τῶν τε οὐρανοφύλαι, καὶ ἡμέας δέποτε φοινικῶν μαθήσας κινδύνουμον κατέβορδον. Dicunt aves magnas has ferre festucas, quæ nos parentes à phœnicibus cinnamomon vocamus. An Herodotus aliud cogitans, φόινιξ ibi pro ave accepit, an phœnicem pro cinnamomo ave mnemonico errore posuerit, me fugit; ex Aristot. dixi, avem quæ cinnamom ferr, cinnamomon vocari. Sed parum interest quod nomē huic avi fuerit, fabella est, nec veri quid hæc historiola habet. Aliæ de cinnamomi collectione fabulam hoc cap. refert Theophrast. quæ apud Plin. loco cit. reperitur, ubi ait: Item cassiam (cinnamomon Theophr.) circa paludes propugnante unguibus diro vespertilionij genere, aligerisq; serpentibus. His commentis augentes rerum pretia. Ex hoc loco ἀν πολλαὶ, πτερύτας relituitamus. Idem Plinius: Et & alia

famacum sole dividi, ternasque partes fieri, dein forte crema discerni; quodque soli cesserit relinqui, ac sponte conflagrare Fabulatum satis. Vide supra caput de Thure. Ad historiam cassiae accedo. Cassiae Dioscorides plura genera esse, inquit, quorum tria praestant, reliqua viliora, nulliusque pretii. Galenus lib. I, De antidotis cap. xv. tria recenset cassiae genera γιζας, arebo, seu daphnitis, & quam Andromachus Junior fistularem vocat. Theophrastus nullam cassiae differentiam tradidit. In officinis duo cassiae genera reperiuntur, Zeilanum, seu γιζας veterum, pharmacopœis, cassia lignea dicta, & vulgaris seu cassia fistula veterum, officinis cinnamonum & canella dicta. Reperiuntur & alia genera, sed haec non novere officinæ. His Monardus tertium genus adjungit quod in occidentali nascitur India. Genera haec specie, formave non differunt, sed tantum bonitate, περι την αργυροφορην Arabiam gigni cassiam, Dioscorides scribit. Idem cap. v & viii tradidit, quod tamen præter veritatem esse scribit Garcias. Quippe Lusitanus, qui Arabiæ, & Aethiopæ oras circumlegerunt, magna ex parte terreti itinere peragravunt, cassiam se vidisse illis locis negant. Addit ipsoz Arabes canellam ab Indis petere, ac apud hos pretium intendi, quoties ex India non adfertur. Εχε, inquit Dioscorides, δι παθων μαρτυφορων, id est, habet crassi corticis farmentum. In aliis codicibus scribitur, ιχε ει παθων μαρτυρων, ιστη παχυφορων. Habet crassi corticis farmentum, instar fibiæ. Rectius fortassis, ex hoc, inquit viri doctiss. Theophrasti loco, απος scriberetur. At cum eodem hoc capite scribat Theophrastus cassiam nervoso constare farmento, παθων παχυπεργες (vulgo παχυπεργες) inodori habere, cur mutem aut rejiciam vulgatam lectionem non video. Eodem etiam loco quomodo cassia colligeretur, & præpararetur docet. Verba Theophasti examinabimus. Ως διδασκων inquit. Plinius loco citato, διπλα κονσεπτα συρculos longitudine binum cubitorum; mox præsent recentibus coris quadrupedum, ob id intertempearum, ut iis putrescentibus vermiculi lignum erodant, & excavant corticem tutum amaritudine. Recentibus, inquit coris quadrupedum. Græcus Theophrasti codex νοδηρη βύρων. Theodorus νόδηρη βόεν, pellis bovina recens detraicta. Verisimile sic scriptum fuisse, nec cum Plinio pugnat: bos enim quadrupes. Quod sequitur haud scio an recte verit: Corticem tutum amaritudine. Theophrastus non dixit amarum corticem, nec id verum est, sed απο παχυπεργες & οδον, id est, amarum odorem. Odor amarus, idem qui ingratus; quasi diceret ingratitudinem quandam odoris emittere, vermiculis infectam. Apud Homerum etiam οδον. δ. mare πηγη οδον ingratum odorem spirat.

απο δι πιν φάκην ρέποντες ηγανης ολοσύνην  
αποτινειδητον, πολὺς αλός ιχανδεστον  
παχηρης δέοντες αλος πολυβινθετο οδον.

Circa ipsum vero phocæ natantes pedibus pulchre holosydne

Frequentes dormiunt ē cano mari egressæ.

Ingratum spirantes mari profundi odorem.

Dixi vermiculus ingratus, qui enim illis ingratus & infestus, nobis gratissimus est odor. Verum colligendi cassiae modum docet Garcias lib. arom. cap. xv. canella, inquit, nihil aliud nisi secundus & interior arboris cortex, (aliquando & in nostra canella superior hic cortex conspicitur.) Nam haec arbor duplice cortice munita est, veluti suber, non eo tamen adeo crasso & distincto. Exemptus ergo cortex, crasso illo & exteriori libro repurgatur, deinde in laminulas quadrangula sectus, humi abicitur, atque ita per se convolvitur, ut trunci unius integer ramus esse videatur, cum tamen partes fiant duntaxat corticis in tubulos digitis crassitie convolutæ, truncus vero interdum femoris crassitie reperiatur. Adempto cortice, tribus postea annis ab ea arbore abstinetur. Dioscorides, ut dixi cassiam farmentum esse crassi corticis dixit. Melius, Plinius loc. cit. Frutex & est cassia, juxta cinnamoni campus nascitur, sed in montibus crassiore faremento, tenui cute verius quam cortice. Rectius inquam Plinius, nam ex interiori libro parant isti tubuli fistularum. Cassia folia piperis, similia dixit Dioscorides. In nonnullis codicibus non παχηρης περγες, sed παχηρης legitur. Prior, vulgataque lectio placet; quia piperis folia ad citri foliorum formam accidunt, citri enim comparat Garcias folium canella. His fere verbis: Arbor est magnitudine oleæ, interdum minor, multis rami prædicta, non iis quidem compactis, sed rectis serme, foliis lauri quidem colore,

sed forma ad citri folia accidente, (vide cap. de pipere floribus candidis, fructu nigro & rotundo avellana fere magnitudine aut exiguis olivis similis. Canella ramulum qualem in horto hyemali Clusii reperi exprimentum curavi. Ad scriptum erat caalifera arboris, ramus canelliferæ scribi iussusat vir excellentiss. Ramulus hic non enodis, erectus, subcincereo langine prædictus, cortice rubenti colore, odore non admodum valido, jucundo tamen sapore nec ingrato, cum levicula acrimonia. Folia habebat quatuor vel quinque colore laurino, forma non usq; adeo citri simili, sed in start tamalapatri, tribus nervis insignita. Differunt tamen à tamalapatri, quod tamalapatri venule oblique transversim evagates sint teneriores minusque conspicue, canellæ intercurrentes sint majores & satis appareat. Differunt insuper, quod canellæ sint in extremitate obtusa, in mucronem desinat tamalapatri, suntq; majora, tenuiora ex pallido tantum virentia, canella teneriora, minora, angustiora, viridiora ad instar fere lauri. Colore etiam multum ramuli differunt, ut ex utriusque descriptione colligere lector potest. Huic similia folia habet arbor, quæ à costa & à Castio ostendit: sed vercor tamalapatri genus esse. Aliud facie longe ab hoc diversum ostendunt folium, adversariorum Auctores, quod ad caryophyllorum folium accedit, & fortasse idem. Ex ιχε, inquit Dioscorides, παχηρης, ινχεν, πορφυρης, περιπολη παχηρης παχηται, τοις συελυνιας τωνη δηκηνης ει την γειδον, παχηρης περιπολης, πορφυρης, δινιζεν την οδην. Haec expositione indigent. ιχερης. Elige, inquit fulvescentem. Plinius purpurascens. Uterque recte. De diversa enim cassia agunt. Plinius de cassia ζειρε, Dioscorides de daphnite. ινχεν, πορφυρης, bene coloratum, corallum colore imitantem cassiam laudat; intellige coralli nondum politi vel nitentis, sed tamen recentis. Temporis enim tractu corallinum colorem perdit, fitq; subrubrum, quod etiam in cassia observare licet. Corallinum sive roseum hunc colorem solis colore contrahit, non probe parata candicantem, sive cinereum colorem acquirit, nimirum vero solis ardoribus adusta, nigra evadit. Hoc quodammodo observasse videtur Plinius, lib. xi, cap. xix. Colos, inquit, triplex cum primum emitat candidus pedalis mensura, deinde rubescit, addito semipede: ultra nigricans, hæc pars maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur vero candida. Errat Plinius, quod in diversis arborum partibus hos colores fuisse scribat, à solis contrahuntur colore. Στριψιαν, angustum valde, reperiuntur codices, in quibus σειρα, λειαν angustum, levem legitur, priorem sequitur lectionem Oribasius, posteriorem Aetius. Utraque admitti potest. σειρα, λεια, magis arridet, levis; nō angusta valde cassia, quin etiam paulo infra scabram damnat ac rejicit, σειρα dicit, quia si erallo cortice sint, tubum non valde latum relinquunt. Quidam malunt Dioscoridem respxisse ad vermiculos Theophrasti, qui cassiam erodunt, nec aliud, inquit, angustiis his indicat Dioscorides, quam eam maxime probare cassiam, quæ erola à vermiculis illis Theophrasti omni interiore medulla excavatoq; pervio illo, foramine angustiore sit. Quo enim angustius id fuerit, eo crassiore cortice cassia relinquetur, quæ præcipue crassitudine probatur. παχηρης παχηται, τοις συελυνιοις πωνη. Haec depravata & corrupta. Vox πωνη omnem destruit sensum, nec potest vacuum & fistulosum plenum dici, damnat etiam infra quæ fistulam crassam habet. Quare quidam hanc vocem rejiciendam putant, idque quod codices reperiantur, in quibus desidererur, nec sane Aetius legit, vel legendum cum distinctione cum Aetio, παχηρης παχηται τοις συελυνιοις πωνη. (forte την ειρηνην) vel τοις συελυνιοις, ut legit Aetius, πωνη δηκηνη, longam & crassam fistulam habentem; plenam ac mordacem gustu. Plin. loco citato: Tenui cute verius quam cortice, quem contra atque in cinnamomo levari, atque exinaniri pretium est. Vacua igitur fistula, non plena. Vide Aetii verba paulo infra; in quibus vox πωνη desideratur. Hinc cassia canellæ nomen accepit. ονειρης enim Græcis canna, συελυνιοις cannula, cannella, Glossæ συελυνιοις ονειρης. Hanc cassiam infimæ Græcia scriptores ιγοις φίσιλαι vocarunt. Et in Cantico cassia hec simpliciter fistula appellatur. Nardus scriptum est, & crocum, fistula, & cinnamomum etiam apud Myrepsum in Antidoto clv. διπλεστειον αιματο, φιστηλας γαλαγης. Doctiores tamen eo loco φιστηλας κροτις γαλαγης legendum contendunt. Illud in officinis sedulo observandum, cum apud Nicolaum Myrepsum, aliosque Græcos recentiores, fir-

mentio cassiae fistulae, non statim sumendum esse casiam purgatricem, quae fistula vocatur, sed casiam aromaticam. Atqui dices in multis Myrepsi aliorumque compositionibus ingredi & κασια φίστουλαν, & ξυλοκασιαν. Ergo recipienda est cassia fistula purgatrix; vel alterutrum expungendū. Fateor in Adrianea Myrepsi antidoto ξυλοκασιαν, & κασια φίστουλα simul locum habere, ut etiam in antidoto Acharisto ξυλοβαλσαν, κασια φίστουλα, ξυλοκασια, καλαμις αρωματικη; sed nullum usum cassia purgatrix in hisce antidotis prestatare potest. Ineptus etiam foret Myrepsus, si in antidotis roborantibus, nec non venenis resistentibus, cassiam purgatricem adderet, quae viscera flaccida reddit. Sic nec illum facit, quod simul cum xylocasia ponitur. Eadem enim ratione possent & cinnamomum delere in omnibus compositionibus quae & cinnamomum & xylocinnamomum recipiunt. Et alterutrum redundare, ac vel xylo cinnamomum vel cinnamomum extingendum dicent. Nec ξυλοκασια nomen factum est, ut discerneretur à cassia purgatrice, quam fistulam appellant pharmacopœi, sed ut eodem modo distingui posset ab alia specie cassiae, ut xylocinnamomum, à cinnamo distinguitur. Quærent docti pharmacopœi, an in omnibus compositionibus, in quibus κασια φίστουλα mentio sit, addi debeat aromaticam. Respondeo ubi simpliciter scribitur κασια φίστουλα, Græcos recenciores intelligere odoratam & aromaticam: contra ubi non simpliciter scribitur, intelligi catharticam, ut in antidoto Δρ. διαυτοπονησιον ubi Myrepsus scribit. Επει ταῦτα οὐκούσιον οὔγχιαν μέν, κασια φίστουλα κακαθεριόν οὔγχιαν μέν, μαλακας μήδιαν το. θερμά συκίλλισσι. Rursum sumens tamarindorum unciam unam, cassiae fistule purgatricis unciam annam maceverentur & per saccum colentur. Sic in aliis compositionibus, ubi purgatrix intelligitur, legitur κασια φίστουλα, quandoque κασια άνδρα, quod idem denotat ut cap. ccclviii τοις πολυτελεσι νέοι δοσιν πεπλεκταις ιστόσις γέ β κασια άνδρα γέ α κόφιας καὶ σιλασ άνδραβι οἴει θριμέ. Redeo ad Dioscoridem. hic cassiam δηκτικον εό τη γινεται inquit, id est gustu mordacem. Qui in vulgata canella facile percipitur; ut etiam adstrictivus sapor. δηκτικη minus recte erodens vertunt. δηκτη quod pungentis cuiusdam est mordacitatis particeps dicitur. Galenus lib. de Theriacis ad Pisoneum optimam cassiam dulcem præ se ferre saporem inquit. Sed hoc de cassia altera, optimaque intelligi debet, etiam de hac daphnite. Sequitur μετα πολλής περιστώσις, cum aliquanto servore, scribitur. Posteriorem lectionem sequitur Aetius teatralib. I, ferm. II, cap. clxix, ubi inquit, κασια οὐλέγει τινα καρπα ένδειγνη προσελιζουσι, τερπη, λεῖα μακρού περιχεια τοις σύριγξι. δηκτικη εό τη γινεται, καὶ σιφωνι μετα πολλής περιστώσις, δραματιζουσι, ή οἰδι μπόφιντο. καὶ πικέται οἴει καλαμινι ροδίζονται τη σημη. Cassiam elige fulvam, boni coloris, corallium referentem, arctam, levem, longam, fistulis crassam, gustu mordacem, & adstringentem, vinum redolentem. Verum purpurea & crassa οἴει vocatur, rosam odore referens. Prior lectio defenditur auctoritate Oribasii, nec non Plinii lib. xii, cap. xix. Gustu, inquit, quam maximè fervens potius, quam lento tepore leniter mordens. Sed de cassia lignea Plinii loqui puto. Vulgaris enim eum dulcedine quadam, & aliquanto fervore mordet. Αρωματικων, οντισσων τη έδη μη cassiam dicit Dioscorides aromatico & vinoso odore. In quibus, inquiunt viri docti, si ad odorem, ut plerumque verbum αρωματικων significat, referatur, turbabit ordinem, & hujus loci sensum omnem, quod sequatur οντισσων τη έδη, nec verisimile sit aromatum & vini simul odore odoratam cassiam dixisse Dioscoridem. Cogitavimus ea propter, quod est οντισσων τη έδη, id est, ut verbum singamus, odore vinecentem, ad odorem pertinere, esseque id quod Plinus ait, molissimi odoris: & quod præcedit αρωματικων ad amaritudinem, quæ præcipue in cassia est, cujus nusquam meminit: signarique eo verbo & participio amaritudinem, abs re non est, quia αρωματικων Græ-

cis significat, aromatum modo & qualitate esse. Sunt autem aromatibus qualitates plures, odor præfertim, verum & sapor etiam, qui non raro ullo odorato non est amarus, sequunturque se in vicem & conjuncta reperiuntur odoris bonitas, saporis amaritudo. Respondent viri doctrina & eruditione non inferiores. Nullo modo ordinem & sensum turbari, si verbum αρωματικων referatur ad odorem. Nam aromatum odor, vino non tantum non repugnat, sed vinum illud maximè probatur, quod aromatis modo maximè spirat. Quod cum vina quædam ex propria natura non habent, arte ad majorem gratiam, conciliamus, ut in eximiis illis vinis, quæ à moscho suavissimo aromate, moschatula nuncupantur, quorum odorem in carentibus eo vinis desiderantes, multo odorata quædam miscemus, quæ illum aliquo pacto repræsentent. Neque est contra Aristoteleñ antiquiores scriptores, saporum nomina ad odorem referre. Vti ex carmine Homeri constat, quod hoc capite citavimus. Non video cur amaritudinem in cassia requirant, cum Galenus dulcedinem ei inesse scribat, nec mentionem quidem amaritudinis faciat; nec aromaticam, ut inquiunt, sunt amara. Amaritudo enim à propriè vocatis aromatibus aliena est. Docet hoc canella, piper, zinziber, quibus odoratus, magisque aromaticum nihil. Nulla tamen in his amaritudo percipitur. Aroma vulgo definitur res odorata, quæque odorem suavem, naribusque gratum spirat. Dulcedinem vel amaritudinem in aromatibus requiri, hactenus non legi. Odoris hanc bohitatem canella, post tres menses, à delibatione, acquirit, quod mirum non debet videri. Quotidiana experientia docet plurima esse quæ viridia nihil olen, siccata spirant odorem suavissimum, ut ante bis milles annos observarit Theophrastus. Vide cap. xviii, lib. vi. De cauf. Causa est quod nimio abundant humore. Odor, ut Philosophus ait, in medietate, non extremo consistit. Cassiae hoc genus, de quo nobis haec tenus sermo, Dioscorides ab indigenis achi nuncupari ait, vel, ut in nonnullis codicibus legitur, adi, aliiledam, ladam alii vocari scribunt, Plinius, lactam. Nolo de barbara voce disputare. Perinde est quod nomen olim habuerit, si modo rem noverimus. Qui ανδρες dictum putant, quod vox hæc apud veterinariorum Medicos significet cassiam fistularem, nugantur, Dioscorides non à Græcis, sed ab incolis id nomen habuisse scribit. Græca vox ανδρος. A mercatoribus, inquit Dioscorides ανδριν vocari. Credo à Daphno Arabiæ portu, qui à Strabone Geograph. lib. xvi, describitur, poniturq; in ea regione, quæ Thus, myrrham, aliaque odoramenta profert. Daphnitum vocatam fuisse, quod lauri cortice ob similitudinem adulteraretur, imaginari nequeo. Plinius lib. xi, cap. xx ait: Adulterarur styrace, & propter similitudinem corticum lauri tenuissimis surculis. Quod non sit verisimile, ineptum enim est corticem crassum surculis tenuissimis adulterari posse. Nec color, nec forma responderet. Persius cassiae cortici à pigmentariis admiscere soleri cerasi corticem, & sic adulterari Satyra vi scribit.

— Sed canam funeralis hæres

Negliget iratus, quid rem curta viveris, urnæ  
Offa inodora dabit, sed spirent cinnamomum surdum,  
Seu ceraso peccans cassiae nescire paratus.

Arque hæc de priori cassia. Περὶ τοῦ ταῦτα, inquit, οἵτινες πολλαρια ημετεροι την παχυνα, ζυγεις καλυμμην, ποδιζουται τη έδη, μαλισκας την λασικην λεγοντοι ιυδητοι, δολιτρινεις την πεπλην. Huic præfertur nigra, purpurascens simul & crassa, quæ ζιγιρ appellatur, tanquam rosarum odorem spirans, & ad usum medicum maximè accommodata, secundum locum tenet ante dieta. Galenus lib. i, De antidot. Ποτεν ιμβριγέτοις ηντι καρπα, ηποδη τινα μηδει μαλισκας ιπανεσον, ιφεξης ολι την μετα παλιμνιλα, ισοι ολι οι η αργεβα, η την δεφιτην οπι ρημη ην η μηδει θρησκωτην καναμαριμη ητη παρην ησιν, ειρητη μοι ηντι οπιθητην. Quæ cassia Theriacæ in jicia. Nam γιζη nuncupatam præcipue laudent, secundo autem loco morto dictam. Sunt & qui arebo & daphnitum probant, carcerum γιζη quam vocant, in omnibus cinnamomo similem esse, superius quoq; diximus. Hæc cassia forma, seu figura cinnamomo similis non est, sed natura & viribus. Supra enim φύση ηδη διδασκει cinnamomo similem esse tradidit. Id probatur ex Damocritis versu. μαρτιας μαλισκας η φλοις cortices demum nigræ junge cassię cinnamomum virgultum. Etiam ex ipso Galeno. Η οι έδη η ησοις μαλισκας φύσης

*Cassia* οὐδενίτις πώς ἐστιν αἴτιον καταστάσια. universa autem substantia cinnamomi natura similis, quemadmodum optimo casie. Neque specie hæc differt à præcedenti, sed tantum bonitatis nota, uti verba Dioscoridis testantur. Hæc est quam infima Græcia ξυλογοῖς, nostri sacerduli medici, & pharmacopœi casiam ligneam vocant, quam sic vocarunt, quod crassior est. magisque ligni facie. Canellæ genus quod cassiam ligneam vocant, canellam vulgarem sapore & odore, ut viribus longe superare, negari non potest. Hanc cassiam μιδαρικὴν καὶ μετόπουρην, inquit, atque talis non est cassia lignea. Sed supra satis superque probavi, vocem μιδαρικὴν non semper summam nigredinem significare, sed in quo nigredinis quid apparet. Ζιζερ vocari ait Galenus, ζιζερ Neophytus. Ζιζερ νοσία in littera γ'. Corrigendum itaque Dioscoridis codex, ac restituendum ζιζερ αἰνὲ ζιζερ, ut & apud Galenum lib. IIII, καὶ τὸ τέταρτον cap. I. *Kassias* πίπερ ζιζερ ταλαμέριον, καὶ τὸ ματαύριον. Alii tamen codices scribunt ζιζερίον. Scribendum, ut dixi, ζιζερ. Aetius δὲ vocat. Auctor Peripli ζιζερ & κασιάς οὐλητήρα appellasse videtur. καὶ λίβανος ὁ περιπλῆκτος οὐλητήρα κασίας οὐλητήρα, καὶ δακκια, καὶ καύγακον. δὲ διδίκαστο τῷ οὐλητήρῳ, inquit Dioscorides. Idem Galenus lib. de Theriac. ad Pisonem. ( si modo libri ejus is auctor sit.) οὐ ηὔκαλιξ κύρρατος καὶ φοδίσσων αὔτοις καὶ οὐδὲ τὸ γύρωνος σὸν τὸ γύρων ποιμένη, συεργαδής τοῦτο καὶ οὐλητήρα, καὶ πολὺ τὸ δέωματος ζιζερ, ζιζερίον τοῦτο επικαλεῖσθαι επει λεγειν. Nam optima laudatissimaque rubescit, & rosam exspirat, sicut etiam dulcem gustum prefert, fistulis plena, Ζ vinum obolens, Ζ aromatum modo vehemen-ter odorata, atque hæc zingiber ab indigenis appellatur. legendum ζιζερ. Nam loco de antidotis citato scribit, Ζ θεραπεία τοις ἐστιν αἴτιον καταστάσια καλεύμενη τοῦτο τὸ καμφόρων αὐτὸν οὐλεμπον βαρβαρικῶν διουλαβίων, πᾶς μὲρος συλλαβίων οὐτὸν τὸ καὶ τὸ ιχερν, τὸ δούτηρον τὸ τε ζιζερ. Optimam cassiam vocari scribit ζιζερ, nomine dissyllabo & πιτανογραμμάτῳ. Porrho fistulosam cassiam hanc optimam non dixit Dioscorides, sed daphnitim, sed plura sunt in illo libro, quæ Galeni doctrinam non sapiunt. Et hæc de secundo & optimo cassiae genere. Τεττάτη, inquit Dioscorides διιστὸν καλεύμενόν βλαστός μουσούλην. Ter- tia vero censetur, que mosyleticus blaſtus, hoc est, ger-men nominatur. Reperiuntur codices, in quibus βλάστησcribitur. Hos depravatos quidam putant, & βάτη corrigunt, quia in fruticofo genere cassia & rubus censentur. Bone Deus! quid rubro commune cum hac planta? nisi quis velit dicere rubum mosyliticam; quæ rubus in sacris litteris vocatur, quam viderat Moses, hujus generis cassiae fuisse Exod. cap. 3. Ego vulgariter lectionem servo: ea motus ratione, quod Dioscorides cap. sequente de mosylitico cinnamomo scribat, Ζ λαφί-εις ἢ τὸ μουσοῦλον—κασσιά. Cinnamomum tenue virgulum est, ut idem inquit: Cassia itaque hæc similitudinem cum cinnamomo habet nullam, nisi quod utrumque sit ger-men, quod Græcis βλάστησ. Atque hæc est cassia illa, quam Galenus lib. de antidot. in cinnamomum abi-re putavit. Εἴδουσι δέ τοις πολλάκις οὐλητήρες Εἰνδολές κα-σιάς, οὓς εἰς Γαύραν μετριθέοντες, αὔξεμοντο πάντας οὐρούς κατα-μεμψαν, κατὰ τοῦτον οὐλητήρα Εἰνδολές τοῦτον λεπτότητα (nota lector, & judica ut recte correxerimus Theophrastus codicem) τὸ τεττάτην Εἰνδολές τοῦτον βιβλιότηταν γνωρίσματα καταμάτια Αἴρετο τὸν ζανούσιον τὸ Εἰνδολές καταμάτιον. Vidimus etiam alias frequen-ter, cassia elata Ζ αὐτὴ ταῦτα, ut fruticis magnitudinem aequaliter, ramos quosdam cinnamomo similes, aspectu, Ζ cor-recti tenuitate, prætereita hinc signis, quæ cinnamomum cer-тissimum ostendunt, ac gustu olfactuque percipiuntur. Idem infra. Εἴδετο δέ τοις κασσιάς τοῦτον οὐλητήρα οὐλητήρα τὸ γένος τοῦ ζανούσιον αὔξεμον κασσιάς, αὔξεμοντος τοῦ πατέρα τοῦ καναρινάρεων συγκέντητος τοῦ κλαδίου τοῦ κασσιάς ινθεισθεντος. Cassia siquidem genere, cinnamomo proxima usque adeo est, ut ex ipsa quandoque cinnamomonem oriatur, ita ut integræ cinnamo-mi arbor conficiatur, cassia plane similis, reperiunturque in ipso cinnamomo virgulta, cassia ramis cognata. Hoc primum cassiæ genus, posterius quintum cinnamomonem Dioscoridis. Cassiam hanc Plinius Isocinnamomon vo-cat lib. XI, cap. XX. His addidere mangones, quam daph-noiden vocant, ( si daphnitin Dioscoridis putat fallitur: etenim ea nihil similitudinis cum cinnamomo ha-bet) isocinnamomon cognominatam, pretiūnque ejus fa-ciunt CCC. adulteratur slyræ, Ζ propter similitudinem corticū lauri tenuissimis surculis. Ιστηκαν μαυρον dicebatur, quod cinnamomo similis esset. Sic ιστηκαν quod aro si-

milis. Hæc cassia cinnamomo similis erat, & adferebatur, in surculis tenuibus, ut cinnamomum, non in fistulaeo cortice, ut vulgaris cassia, & ideo surculis lauri adulterari solitam scribit Plinius. Servandam esse vulgatam lectionem βλάστον, locus hic Plinii docet. οὐδὲ λοιπὸς ἴντελεῖς, ceteræ species viles. Viles sunt, aut quia non bene paratae, aut quia debito tempore non cæsa. Aroma enim nullum, teste Garcia, reperitur corruptioni magis obnoxium, præsertim si diu in navi perstiterit. Cur facile corruptatur, causam putat Garcias, quod regio canellifera, ad putredinem valde sit proclivis, maritimis præsertim locis. Quæ sequuntur, non extant in codicibus Oribasii. Quare quidam aliunde irrepsisse putant, nos tamen ea explicabimus. Αἱ δὲ λοιπαὶ οὐτελεῖς, οὐδὲ καλυψιμές αὐτοφύηται μελανα, καὶ αἰδής, Εἰς πτέρωθεν οὐδὲ φλοιοφάγης, οὐδὲ η κατίτω καὶ δάκαρ καλυψιν, Relique viles habentur, velut ea quæ asphemon dicitur nigra, insinuanda, Εἰς cortice tenui, aut etiam rimoso, nec non Εἴ τα quæ citto Εἴ dace vocantur. Vulgo αὐτοφύηται scriptum est. Legit Ruellius αὐτοφύηται ignobilis, incelebris. Alii αὐτοφύηται, legendum contendent; idque quia Peripli auctor, ubi plures cassiaæ species recenset, αὐτοφύηται meminit. Γίνεται δὲ αὐτὸν κασιαὶ εἰ γίνεται, Εἰς αὐτοφύηται η καρπωτο, Εἰς μέχρια Εἰς μότον. Quæ omnia sunt nomina variarum cassiaæ specierum. Sed quis ausit asseverare hujus auctoris codicem non minus esse depravatum, quam Dioscoridis. Malo legere αὐτοφύηται. Sic forte dicta quod tenui & disrupto cortice, tibiarum & fistularum modo, inflari non poterat. Id enim φυτόν Græci dicunt. Indagandum nunc an hæc nigra cassia sit, quam nimio solis ardore adustam scribit Garcias. Nobis id verisimile admodum videtur. Adustio enim facit nigrum & rimosum corticem. Cassiaæ quoddam genus vile dicit esse, citto vocatum. Nonnulli ἀντίτιτον, μοτῶν legunt, ex auctoritate Galeni & Autoris Peripli. Horum opinioni non subscribebo. Galenus enim cassiam moto dictam, secundum obtinere locum scribit. Ιτανὴ τὸν φρέατον μελανίσσει, ιφεῖται δὲ τὸ μοτὸν καλυψιν. Secundo loco laudant cassiam moto dictam, contra Dioscor. citto vilēm inquit. Tertium vilioris cassiaæ genus δάκαρν vocatur. In antiquo codice δάκαρα, in Aldino δάκαρna scribitur. Placet quam eligat Lector lectionem. Καὶ οὐδὲ τὸ καὶ ψευδοκασιαὶ αὐτοφύηται ιφεῖται, οὐδὲ τὸ ιτικότητα τῆς γίνεται σὺν εὖσθαι δεμέται, οὐδὲ αρωματίδες, οὐδεοχθόρροτε τὸ φυτόν της κοτελεῖν. Est Εἴ quædam adulterina cassia familiaritudine ineffabilis, attamen gustu deprehenditur, quippe quæ neque sit acris, neque aromaticæ, adhaerentemque medullæ corticem habeat. Hæc paulò aliter, & melius Serapio cap. ccxcxi. Et reperitur res quedam similis cassia lignea, Εἴ non est cassia lignea, quæ cognoscitur per saporem, quoniam non est acuti saporis, nec odoris ferta, Εἴ cortex eius adhæret ligno. Pro τῇ κοτελεῖν legit, τὸ δέλτην, vel τὴν κοτελεῖν, aliter atque aliter interpretatus est. Εἰτεδὲ, inquit Suidas τὸ ιτιδές οὐδὲ φλοιός Εἴ διρρά, pars interna cuiusque τεῦ vel arboris cortex. Interpretor itaque, cuius cortex exterior interiori adhæret. Duplici cortice munita est cassia. Vidi canellam cui primus cortex alteri adhæreret, odoris omnis, & saporis expers. An hæc sit pseudocassia Dioscoridis, affirmare non audeo. Hoc assero, medullam cortici non adhætere. In omnibus enim plantis lignum interjectum est, inter medullam & corticem. Sed opus non est tam exacte de hac inquirere cassia. Vilis enim est nulliusve pretiis sufficit sciamus hanc pseudocassiam sic dictam, quod germana specie cassiam veram mentiatur. Εὐτεστος τὸ στλατικὰ σύργυτη, απαλὴ, καὶ φοινικεῖς, Αἰγαίος οὐδὲ τῆς αἰδηνῆς reperitur Εἴ lata fistula, tenera, levis, surculosa, quæ quidem illi alteri præstat. Hanc esse eandem putant, quam Galenus συγγεναῖς vocatam scribit loco citato. Α'λλα τὸν γε συρρυγίδες τὸν λευκὸν ὄνομαζόμενον οὐ ποτέ Εἴ διρράματα Εἴ ιφεβάλλεται αἰξοῖ. πάσι δὲ αὐτὴν καλούσθε). Εἴ γαρ τὸ ιτικότητα πάνταν ιτι, τὸ μὲν ιτιθετε φλοιός οὐ πρὸ καὶ σύργυτα καλύπτει, ιτικυρροτο καὶ ιτικότητε καὶ γενούτι, τὸ δὲ ιτιδές αἰδηιστατο, οὐδὲ μηδεμίου αὐτὸν ξενίαν οὐδὲ γίνεσθαι. Διὸ θρήνος τὸν ιτικότητα προσεμένων, ιτιγενεῖς άδιορθίστας οὐρπτοι τὸ τέλος κρασίας σύργυτη οὐδὲ τὸ πικρὸν γερανοπάτην τὸν τεύσιν αὐτὸν ιτικότητα τὸν ιτιγενεῖς, ήτοι ιτικές μικρές τὸν ιτιον ιτιφεβάλλουσαν Αἰγαίον τὸν σκλαβότον τὸν αὐτοκρέτοι τὸν ιτιγενεῖς οὔομα ιτικοπέμπτον ιχει. Quantquam Adromachus junior casiam à quibusdam fistulam appellatam imponendam arbitratur: hæc omnibus cognita est, cuius exterior cortex fistula appellatur, ( quia obvolvutus ipsam representat ) saporem & odorem validum habet, interior autem pars adeo debilis est, ut nullum

usum præstat. In carminibus itaque patriis, paulò ante à me transcriptis, cassia nomen absolute pronuntiatum est, in soluta vero filii oratione, fistulae, nomen cassia adjectum est, atque ab eo series, per eos, qui ante nos Theriacam imperatoribus composuerunt, in nos usque derivata fistulae nomen nunc usque appositum servat. Hanc alteri (si modo eadem) prætulit Dioscorides, quod exterior cortex odorem saporemque habet, quibus ante memorata pseudocassia caret. Pergit Dioscorides. Αποδικμαζει δι της ιστοριας καὶ Φωρωδη, τετραζευται τὸ τῆς θεριας καὶ της σεριας παχεῖα φωρωδη δὲ τὴς λεπτων. Rejice albicanem, scabram, quoque hircinum virus olet, neque fistulam habet crassam, sed tum scabram, tum tenuem. Cur albicet supra dixi, nempe quod non probè parata est. Ad nos raro adfertur, hæreto an viderim, observarimque. Serapio vel ejus interpres ἀντιτετράστου, περιστέτω legit, porri odore. Experientia comprobare posset, quæ sit servanda, aut retinenda lectio. Ex his omnibus constare arbitror, vulgarem nostram canellam esse veterum cassiam, in hac enim omnes, quas veteres scripsierunt, nota reperiuntur, quod ipsa autopsia comprobatur. Sunt ergo explodēdi illi, qui canellam pseudo cassiam esse purant, inodora est, & acrimonia omni caret pseudo cassia: suavissimum spirat odorem canella, gustuq; ex dulci acri percipitur. Fieri potest, ut interdum ex India deseratur canella depravata, cuius sapor & odor periere, sed hæc non pseudo cassia, sed cassia corrupta est. Pseudocassia enim est, quod cassiam mentiebatur. Qui pseudo cassiam putant esse, cassiam illam crassiorum, quæ in officinis sine odore & sapore occurrit, non omnino à vero aberrant, nec horum omnino rejicienda opinio, plurimas enim pseudocassiae notas habet. Hactenus de cassia, addamus ex Dioscoride cinnamomi historiam. Κιναμούς εἰσὶ τοιεσταὶ εἴδη, ὥρους ζερπαὶ ἵπποις. Cinnamomi plura sunt genera, gentilitius regionum in quibus nascuntur designata nominibus. Nomina quia non recenset, dubitari potest an cinnamomi quæ describuntur genera, sunt ex genere mosyliticæ, an ab eo diversa. Posterior probabilior videtur opinio. Primum enim genus quod mosylon vocat, dicit esse colore nigrum, ex vinoso in cinereum vergens, tenuibus virgulis. Secundum, quod montanum vocat, differt à priore, quod crassum sit & pumilum, colore admodum fulvescens. Tertiū à primo differt, quod non ita multis interstantum sit geniculis, & quod nigrum sit, cum primum pluribus nodis præditum sit, colore quidem nigrum, sed ex vinoso in cinereum vergens. Quartum à prioribus differt, quod sit album. Quintum à primo differt; quod fulvescit, & ab omnibus quod habeat corticem cassiae ruffæ simillimum, quo carere videntur priora. Saltem nullam mentionem ejus facit Dioscorides, reliqua adulterina & spuria sunt. Quæ de singulis scribit, examinare aggredior. Διαφέρει δὲ τὸ μόσουλον Διαφέρει δὲ τὸ μόσουλον τοῦτο εὐφρεταὶ τὸ μόσουλον τηλευτὴν νοσοῖσι. Excellit vero quod mosylon ex eo dicunt, quod aliquantam retineat similitudinem ejus cassiae, quæ mosylitis nuncupatur. Διαφέρει verbum expono excellit. Alibi probavi eam significatione habere. Hoc loco illud significare vel ex eo probatur, quod Dioscorides solet optima genera, quæque eligenda sunt, primo loco proponere, ultimo viliora & deterrima, quæque rejicienda sunt. Excellit inquit mosylon. Aldinus codex habet μόσουλον, servo vulgaram mosylon dictum hoc cinnamoni genus inquit, quod similitudinem quandam cum cassia, quæ mosylitis dicitur, habeat. Sed in ipso capitinis initio dixit cinnamomi generibus nomina indita esse, à regione in qua proveniunt. Respondeo ab utroque nomine accepisse, à Mosylo oppido, & quod cassiam illam referat. Optimum id genus esse inquit. Idem Galenus lib. de Theriaca ad Pison, testatur. τὸ μόσουλον καλιστὸν εἰσὶ τὸ μόσουλον τοῦτο τηλευτὴν, optimūm omnium est quod ab indigenis Mosylon dicitur, καὶ τέτοιο inquit Dioscorides τὸ αεροφαντον in eo ipso quod recens est Ergo ceteræ species ab hac differunt. Verba hæc Dioscoridis examinanda sunt, nam sibi contradicere videruntur. Infra enim candidum eligidum scribit. Ne intellige Lector recens ex arbore decerptum, sed recens allatum & non in veteratum. In Græcia enim non nascitur cinnamomum, sed ut Strabo inquit lib. xv, in Aethiopia, Arabia, India australi sub initio zonæ torridæ. Εχει δὲ καὶ κιναμαμον διασέριν, τῇ αἱδη ἀραιστα τὴν τάξιν γῆς τῆς ινδικήν ομοίως ὀπτει τηλευτὴν ἀραιστα τὴν αἱδηναν εἰς την αἰδηναν ἔχειν πιμφριαν ινδικην καὶ τοὺς ἄλλους. Esse Indię australi

cinnamomum, nardum, & alia aromata, quemadmodum  
Arabiae & Aethiopie, cui quoad radios solares attinet, similius est. Regio καναρινόφυλλον veteribus geographis  
in tantum celebrata, ut inde parallelus Δέλτα καναρινό-  
φύλλον nomen accepit. Plura de hac regione qui velit, legat Plinium lib. vi, cap. xxix, Ptolemaeum &c. Recens igitur cum eligendum docet, intelligit non cariosum, nec inveteratum. τὸ χρώμα τοῦ περιζητοῦ τῷ οὐρανῷ  
colore nigrum, ex vino in cinerium vergens. Viri docti legunt τὸ περιζητόν τῷ οὐρανῷ, nigrum cum vino diluitur, vel si ad verbum reddatur, in vino cinereascens. Vulgatam sequimur lectionem, tum quia eam sequitur Oribasius, tum quod eam probat Galenus, loco citato. τὸ μέσου τοῦ φραγμοῦ τῆς κλεψίας. Hunc colorem cinnamomi clarius exprimit lib. i, de anti dotis. Τὸ χρώμα σὲ πιέται αὐτὸν τὸ μέσον τοῦ τε γάλακτος καὶ μέρος τῷ φασὶ περιπλέοντα βρεφικοῖς καὶ νάρκαις καλλιπίνες. Colorem talem habere, qualēm si quis suscito vocato colori, lactis colorē admisceat, atque cœrulei quem vocant aliquantulum addat. Ut autem palam fiat, Dioscoridem & Galenū unum eundemque colorem cinnamomo tribuerū, qualis color vinosus sit, ex Aristotele dicam. Hic lib. de coloribus c. 2 docet, fieri ex puro nigro & luce aërea. εἰναι δὲ τὸ ὀντωτὸν χρώματον ἡ τοῦ παντὸς  
περιπλέον τὸ μέλαν, τὸ στήλωντο περιθῶν ἀναγνωρίζεται, μάτιον τοῦ  
αὐτοῦ βοσκέων ἥπατος, τὸ γὰρ τέτταν ὀντωτὸν φαίνεται τὸ γραμματικὸν τὸ πιπεριόδον, μελανοτείνων σὲ τὰ Φοινίκεια τὸ αὔξεγον μεταβαλλεῖται. Sicuti color vinosus efficitur, si splendor aërius puro, ac minime diluto nigro, eodemque coruscanti temperetur, quale botryorum acini, quorum plane color vinosus agnoscitur cum maturescunt, nam deinde nigrescentes puniceum habent, quem postmodum in αὔξεγον mutant. Quod si quis talem colorem præparet, qualem Galenus describit, reperiet eundem esse quem Dioscorides dicit. Constat itaque cinnamomum esse colore nigro, sed tali qui ex vino vergit in cineritum, neutrumquam colore nigro esse, diluto vero vino cinerium reddi. λεπτὸν δὲ τοῦ παρβολίου  
καὶ λίτιον ὅσοις συντάχται κακημένον, σφόδρα ἐνώδιον. καὶ δὲ γὰρ τὸ  
αἴρεσθαι κεῖται (parisi καρπός) οὐδὲ τοῦ τοῦ σωδίας ιδίωτη.  
tenuibus virgultis, laeve, nodis frequentibus præditum,  
perquam odoratum, fere siquidem præstantissimum ex odo-  
ris jucundi proprietate disjadicatur. Cinnamomum in-  
quit esse virgultis tenuibus. Idem Dioscorides lib. v,  
cap. cxxxix, coralli ramulum cinnamomo similem in-  
quit, τοῦ δὲ τετραπλάνηος καὶ καναρινός τοῦ τυπωτοῦ  
τεύχου, multis nodis præditum, forma fruticis cinnamomi  
ramulum. Galenus quoque lib. de Antidotis, virgultum  
esse inquit, cum carpessi festucas cinnamomi ramulo  
comparat. καρπίστοι λεπτὸν καὶ εὖφορον προστιθοντα τοῖς κιναμο-  
μού ἄκριοι τοῦ τακαρθία, Grammatici exponunt ξύλα λεπτὰ  
καὶ λεπτά, ligna tenuia Σικενα. Hesychius καρφόν ξύλα λεπτὰ  
καὶ λεπτά, item καρφόν ἄκρυνθη, καὶ τοις ξύλαις λεπτή. fe-  
stuca, apex ligni tenuis. Diosc. lib. IIII, cap. xxvii.  
τοῦ δὲ πολὺ λεπτόντος προστιθετο. Herodotus etiam uti verba supra  
citata testantur, τὸ καρφία dixit. Ex his omnibus videt  
lector depravatum admodum Theophrasti codicem  
& mendum est antiquum admodum, quippe quod Plini  
sacculo fuisse videtur, qui lib. XI, cap. xix. Præcipua  
bonitas virgultorum, tenuissimis partibus ad longitudinem  
palmi. Secunda proximus breviore mensura, atque ita or-  
dine vilissimum quod radicibus proximum, quoniā ibi  
minimum corticis, in summa gratia; qua de causa præferuntur  
cacumina, ubi plurimus cortex ipsum vero lignum in  
fastidio est, propter origani acrimoniam. Etiā Garcia  
cassia cädūci plurimum corticis inesse scribit. Corre-  
ctionem nostram loca jam citata abunde comprobant.  
Omnes Græci lignum sive tenues surculos in usu fuisse  
scribunt, nemo corticem. Præterea absurdissimum. τὸ  
ἄκρον plurimum corticis habere: omnes arbores  
fruticetū contrarium ostendunt. Nam partem radici  
proximam, plurimum corticis habere, omnes arbores  
docent. λεπτὰ τοῖς παρβολίοις καὶ λίτιον ὅσοις συντάχται κακημένον,  
tenuibus virgultis, laeve, nodis frequentibus præditum.  
Idem Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem λεπτὸν  
τὸ παρβόλλον καὶ τὸ ὅσον πολὺς virgultis gracilibus, nodis fre-  
quentibus. Οὐτονομία quandoque nodum, quandoque ramum  
significare, alibi probavimus. Hoc loco nodum signifi-  
care ex eo pater, quod Dioscorides paulo ante gracilis-  
bus virgultis esse dixit, cinnamomum. Dioscorides σφά-  
δρα ἐνώδιον dixit, per quam odoratum. Immo tam jucundo  
odore præditum, ut idem scribat: σφάδρα γὰρ τὸ θερικόν καρπόν  
(Paris. καρπός) οὐδὲ τοῦτο εἰ τὸ σωδίας ιδίωτην οὐρανούτην  
γὰρ τὸ θερικόν (vetus codex οὐδές) οὐδὲ ιδίωτης οὐτοῦ πη-  
γαλίζουσα καρπαρινόμην μεφεγίας. fere siquidem præstantissi-

mum ex odoris jucundi proprietate disjadicatur; etenim in optimo & singulari reperitur odor ruta, aut cardamomo proximus. Posteriora depravata sunt, nihil affinitatis ruta cum cardamomo habet, nec in alterutro suavitatis quid, caput enim auctore Dioscoride tentant. Diocorides lib. 3, cap. L. baccharis radices ταχυάς τῇ ὁδῷ περιπατώσῃ, odore cinnamomo proximas dixit. Pro bacchari medici Botanicique doctiores charyophyllum (sic dictum ab odore charyophyllorum) habent. Galenus lib. de Ther. ad Pison. σφέρα iuādēt. At lib. de Antidotis εἰναι μη διδίστων αἴσιοις πινα διδίσια ιατρείαν πάσα ίχει, summopere ipsum bene olere, ineffabilem quendam odorem spirare. Lib. de Theriac, ιαθόντινον τῇ ὁδῷ περιπατώσῃ καὶ ηδίσιον, est vero odore longè optimum suavissimumque. Hęc ostendant mendosum Diocoridis codicem esse, quod etiam fatentur omnes Botanici. Sed ubi mendum lateat, hoc opus hic labor est. Quidam pro περιπατώματι περιπατώματι restituunt, tum quia antiquus interpres ita legit: tam quia notum est, ἀντικαταστάτω περιπατώματι, & contra, səpius reperiunt, ut apud Galenum lib. x, οὐκέτις inter compositiones ad ischiadicos ab Andromacho descriptas. Vocem πηγαλίζειν non abs re iūdem suspectam scribunt. Hęc nobis parum placet opinio. Nam illa odoris suavitas non est in narsturtio, quam Diocorides & Galenus cinnamomo dant. Alii verba πηγαλίζειν τῇ κρηπτιώματι ιμφερής accrevitae putant. Nec horum satis probabilis opinio; siquidem in Oribasio, Serapione, ac omnibus codicibus reperiuntur. Alii legunt διέξοδου τῷ φύτευσθαι τοῖς ιδιαῖς ζητεῖς ή ὅδιν πηγαλίζειν, ή περιπατώματι ιμφερής, quasi voluerit Diocorides in probatissimo & fragrantissimo cinnamomo etiam ruta & narsturtii odorem percipi. Probabilior opinio eorum, qui malunt ex Galeno lib. de Theriaca subintelligere, vel addere Διγματώδης, ή τῇ γένος, inquit, θρηνοποιούμενοι ή δηκτής λίαν ή Διγματώδης πηγαλίζειν dixi. gustu acre nobis appetet, mordax admodum, mansum ruzam præse ferre videtur. Firmatur horum sententia, quod ea quæ de sapore sequuntur, non reperiuntur in Oribasio, qui omnia quæ de sapore refert Diocorides, solet diligentissime exscribere. Hęc apud Diocoridem de sapore leguntur. Εἴη καὶ δριμός, καὶ δηκτής τῇ γένει καὶ ιφαλμένος μὲν θεραπείας οὐ τῇ περιπατήσει μὲν περιπατώματος, καὶ τὸ θραστός χρωδῆς, έλειος οὐκέτιν τὸ μετεπέντε οὖσαν. δεκτής δὲ τὸ δέσμοντα ματαίοντα πέλεκαν λαμβάνει τὸ δηκτήδον. Ινχερός γὰρ η τοιάντα δεκτήρισσα. τὸ γάρ θρασυματα πληγματα πυγχανει καὶ τοι τοιούτοις δυναματας τα κερπίνα τελεπιστούσα καὶ τολερεῖται τὴν οὐρητήν, ιμπολίζει τὴν Φύτοντα πεπικεστι. Präferitur & gustu acre ac mordacitatis particeps, nec non etiam cum calfactione quadantenus salsum, quodque inter atterendum non cito friatur, ac inter frangendum etiam ex se pulvisculum emitit, leviaque interim habens internodia, facturus perculum sumito ab una radice surculum, siquidem facilis est bujusmodi probatio. Enimvero fragmenta miscellanea quedam sunt, atque adeo cum primum sit experimentum, que præstantiora fuerint dum haliu efflatuque suo odratum implent, deteriorius judicium impediunt. Quo sapore sit, ex Galeno lib. de Theriaca diximus. Idem fere lib. de antidotis refert. Κανοπίνα δια θεραπείας οὐδὲ οὐδὲν λοπωθεῖ. Calidum gustantibus se multum exhibere, non tamen ita ut mordiscando tristitiae palato inserat. Salcedinis non meminit Galenus, forte quod exigua ac vix conspicua sit, parum enim salcedinis Serapio habere scripsit. εἰ τοιούτοις χρωδεῖς in frangendo lanuginosum. Doctiores κωδέες. Vult enim Diocorides præstantissimum cinnamomum inter frangendum pulverari, seu in pulverem facile resolvi, aut potius quomodo intellexisse videtur auctor ad Paternianum, pulvisculum ex se remittere. Serapio cap. cc. l. v. & quando franguntur ramī ejus, egreditur vel elevatur inde pulvis odoriferus, cuius odor superat omnia, quæ sunt circa se. Galenus lib. de Ther. tantum διάδιας θράσιδης διατάσσει, facile posse confringi, scripsit. Quae de probatione apud Diocoridem sequuntur paulo aliter habet Serapio, & experientia bonitatis ejus est, quod quando ramos ejus evellis, à terra radices ejus evelluntur facile cum eis, & melius quidem ex hoc est quod replet fauces suo odore, in primis quando gustatur. Sed haec non est mens Diocoridis, nec scire hoc potuit, an radix facile cum ramulo evelleretur, peregrino sub cœlo nascitur cinnamomum. Quod inquit optimum haliu afflatuque suo deterioribus judicium impedire, miri nihil est. Non enim in cinnamomo hoc tantum verum, sed in omnibus odratis. Nares repleti odore moschi, zibetha, storacis li-

quidam non percipient odorem canellæ, iridis, aut similiū; neque hoc in odoribus tantum verum, sed aliis in rebus plurimis dico. πάντας ἀμείροισιν τὸν καὶ τὸν αὐτὸν τοπικὸν σφρόνεται καὶ μεγεθύνει τὸν ἔπειρον, ex duobus simul doloribus, non eundem locum occupantibus, qui vehementior est, altius sensum obscurat. Majus lumen impedit, quod minus non percipiatur, sol & luna hoc testantur. Quod odor minor à majori obtundatur, ratio videtur, quod cerebrum à majore jam replete, non attrahat minorem, vel quod meatus omnes à præstantissimo fragrantissimoque repleti, impediunt quo minus ad cerebrum hælitus minoris pervenire possit. Hac de optimo cinnamomo Dioscorides. Veteres nonnulli genus hoc præstantiam atque bonitatem satis longum tempus servare scribunt. Hos Galenus lib. i de antid. reprehendit. Καὶ ὅτι εἰ γένεται μακροχρόνος ἡ οὐρανοῦ καταβολὴ τὸ καταμέσημον τὸν γάρ μήχες λέγεται οὐτε τὸν γένεται φαρμακῶν τὸ καταμέσημον ἀγένεια Διονυσίου φασκότες, θεριάρχης δὲ διάκυτος ἐπιτηδεῖον μεταξὺ ταῦταν αὐτὰν ὀλίγον τοῖς τετράγωνοις αὐτοῖς παραβολοῖς ἐνσημανεῖ τὸ παλαιότερον καταμέσημον ταῦταν — τοῦ παντού τοῦ ὄμοιον τοῦ καταμέσημον σαφεῖς αἰδοῖσιν ὑπερβαῖνε, κατατάπινθος γενετικῆς, Εἰ τὸν σφρόνεται πάνταν, Εἰ τὸν γένεται. Neque vero cinnamomi virtus, ad usum apta, longo tempore durat, à triginta siquidem annis, quam à principio vim habuit, integrum non conservat. Nugantur qui cinnamomum ex hisce medicinis esse dicunt, quæ senectutem, non sentiunt, atq[ue] ego non centum, neque ducentorum annorum interventu, sed pauciorum, si quis ad tantum numerum conferat, vetustius factum observavi — omniaque sese saporis & odoris imbecillitate, vehementiaque tantum plane superabant, quantum & tempore differebant. Hoc in errore Dionysium libro de situ orbis reperio. ὅπου δὲ πάντας τούτους τοὺς νόσους volucres item alijunde desertis ab insulis ιδοὺς φύλλα φεροντες αἰρεσθαι ταραχόμενα veneant, folia ferentes immarcessimilium cinnamomorum, his in versibus nisi, τὰ φύλλα, ἐπιτάχεσθαι pro tenui ligno capiatur. Alius latet præterea error nempe quod cinnamomum cum amomo confundat. Non enim folia cinnamomi, sed surculi usurpabantur. Amomi folia Isiodorus ex odore commendat, at nemo amomum ab avibus adseri dixit. Eodem in errore Eustachius & Hesychius, Eustachius cum scribit, οὐταραμψις τὸ βλάστησιν εἶναι αἴμπιδων cinnamomi virgultum viti simile esse. Hoc Plinius de amomo. Amomi uva in usu est India vite labrusca, ut alii existimavere, frutice botrys (sic legi) & corredit D. Salmasius. Vide cap. de amomo. Hesychius, κινναμόμων, οὐταραμψις τὸ βλάστησιν εἶναι αἴμπιδων Cinnamomum ex Thuringeris aromatiferis libamen, species avis & herba odoratissima. Vox ωδα, si late sumatur, ab errore imminuit Hesychius, sed amomo, non cinnamomo veteres libabant. Avienus, doctissimus Dionysii interpres, cum cæteris amomon & cinnamomum confundit.

— interius etiam procul undique ab oris

*Ales amica Deo largum congesit amomum.*  
Cinnamomon à Phœnice colligi supra notavimus. Ad  
Dioscoridem redeo. *Εστι δὲ δεῖνος, παχὺς καὶ λυθρὸς, σιδηροῦ*  
*πεποιηθεὶς τὸ χρώμα.* est & montanum, crassum, punulum,  
colore admodum fulvescens. Hujus cinnamomi meminit  
Galenus lib.de Theriac.ad Pifonem. *Καὶ αὐτὸς δὲ τὸ*  
*ἀνθεῖς πεποιηθεὶς τὸ ιδρὺ τὸ τούτοις ἔργον μετέβαλπεν* τὸν ὄντα πεποιηθεὶς  
μακρότερον, μᾶλλον καρπὸν τοῦ γλυκοῦ. Porro inter ipsius veri cinnamomi  
genera aliud in montibus nascitur. non tenue, nec  
longum, magis rubens colore. Serapio legisse videtur in  
δημοσίοις τετραγωνοῖς νοσούβασι, παχὺς πεποιηθεὶς τὸ χρώμα. Alia est eo quod  
est montanum, asperum, breve in sua altitudine, & gros-  
sum, cuius color est subrufus. Nunquam vidi genus illud  
cinnamomi. Quare utra præstat lectio, afferere nequeo.  
Καὶ τέταρτον τὸ μέσουλον μίλιαν νότια πάδες. Λεγόμενον δὲ  
νότιον ποταμὸν. Item tertium à mosylo quod est nigrum &  
valde odoratum, attamen fruticosum, nec ita multis inter-  
stinctum geniculis. An hoc sit illud cinnamomon cuius  
meminit loco citato Galenus, ubi scribit ἐπεγγένετο τὸ  
μέσουλον, νότιον ποταμὸν πάδες. Aliud aliquantulum nigri-  
cat, & tanquam fibris quibusdam intertextum. Aliis id  
judicandum relinquo, vel Dioscoridis codex deprava-  
tus est, vel non recte interpretatus est Serapio, nisi inter-  
pretis culpa sit. Tertia, inquit, species est propinqua spe-  
cies, qua dicitur masolen, id est, cassiae masoliten, cuius co-  
lor est subniger, lene, non habens nodos multos. Non  
dixit Dioscorides οὐαῖον καστίν, sed τετράδιον τὸ μέσου-  
λον. Tertium à mosylo. Cinnamomum pūtavit Diosco-

ties non cassiam. Legit idem Σεράπιος, ac fortassis ita scriptum fuit Galenus τοῦτον διέλαβεν καὶ ἐντίθεται τῷ μηχανᾷ λόγῳ, κακῶν δύσκολος οὐδὲν εἴδεται καὶ τὸν μηχανᾶν ἔχει πίσταν κατέχεται, quartum vero album fungosum, aspectu tuberosum ac vile, fragile, grandique radice, cassiam representante (redolente Interp.) Galenus loco citato, ἀπὸ τοῦ λόγου θεοτοκτονίας τοῦτον μηχανῆνται πάσι τοῖς θεραπευτικοῖς μηχαναῖς πίσταν. Aliud ad amissum album reperitur scabrum, ex facili fragile, parvā radice. Legendū uηχετρή longa, facilis unus litterae lapsus. Serapio species quarta cinnamomi cuius color est albus, tenui tactus, tumens, cuius rami sunt facile frangibiles, & tale cinnamomum est utile ad plantandum, nam radices habet magnas. Reperiuntur codices, in quibus legitur μηχανᾶν ἔχει πίσταν αὐτοῖς θεραπευτικοῖς habens radicem magnam, quam ut inutilem rejecto cassiam referentem. Vulgatam servamus. πίσταν τὴν ὑστερήν πληκτήν, παροξύστηρον δὲ τὴν ασθενεφέρεται, παροταπήστηρα πυρῆνας τὴν αφίλην δὲ σίστηται πάνω ἵνα δέσις, πυχνήρην. τεττάνην δὲ τὸ πέπτον λιβανητὴν μηχανήν παροταπήστηρα παρατηται. Quintum odore nares ferit, fulvescit, cassie rufie similimum, tangentis vero solidum animadvertisit, non valde nervosum radiceque crassa firmatur & in hoc genere quod Thus, myrrham, cassiam, aut amomum odoris suavitate imitetur detersus est. Est & alia lectio, quam Serapio secutus videtur, πίστην τοῦτον, παροξύστηρον τὴν ασθενεφέρεται Φρεάτην παροταπήστηρα. Quintum odoratum (οὐτέ licet proprie odorem significet, aliquando odoratum vertitur) subruffum & habens corticem similem cassie ruffae. Serapio. Est & species quinta, cuius odor est similis odori cassiae, habens odorem bonum, subruffi coloris, scilicet cortex est similis cortici cassiae lignae rubae, & tale est durum tactu, & habet grossam radicem, & odor illius est similis odoris myrrae & cassiae, & est odor ejus cum quadam pinguedine, & minus in bonitate quam optimum. Posterior lectio defenditur Serapionis, prior Galeni sic scribentis auctoritate. In διηγήσει κακοτεχνίας τοῦτον λέγοντες εἰναις. Est & aliud quoddam cassiae rubenti simile laxe & odoratum. Idem hoc genus fortasse quod describit I. i de antidotis. Ιστοὶ δὲ κακοτεχνίας τοῦτον & κακοτεχνίας τοῦτον εἰναις, & τὸ κακοτεχνίας πότην κακοτεχνίας οὐ μεταβολῆς αὐτῆς οὐδὲ οὐδὲ σημαδεῖ τὸ εἶον διερροεῖσθαι πασί τοις, ἀκρίμονας δὲ πασας τὸ αὐτὸν τὸ κακοτεχνίας οὐγενεῖται τοῖς κλαδίοις τῆς κακοτεχνίας. Cassia siquidem genere cinnamomo proxima usque adeo est, ut ex ipso quandoque cinnamomum orietur, ita ut integra arbor cinnamomi conficiatur cassiae plane similis, reperiunturque in ipso cinnamono virgulta cassiae ramis cognata. An sit quintum genus à Dioscoride descriptum, non ausim affirmare. Hoc genus Dioscorides τοῖς τῷ αὐτῷ στοιχεῖον τῷ πάνω ἵνα δέσις παχυπέρηφα. Codex antiquus legit οὐδεῖς, corrigunt viri docti οὐδεῖς. Non arbitretur. Etenim si deterius illud quod thus, amomum odoris suavitate imitetur, quomodo & πάνω οὐδεῖς legendū sit, non video. Si enim illud cinnamomum detersus est quod odorem sequitur præstantissimorum aromatum, concedi debet non eligendum quod non valde odoratum est. Etiam μυρινή, μύρη in nonnullis reperiuntur codicibus. Vulgatam lectionem probo, quod eam secutus est Serapio. ἀπολίγησεν τὸ λόγον τὸ Φωνεῖδος, & τὸ ευσόφον τὸ λέοντος τὸ πέπτον δὲ τὴν πίστην αὐτοῖς θεραπευτικοῖς. Vulgo interpretantur deligitō candidum scabrum, rugosoque cortice, at laxe & quod circa radicem (radici proximum) lignosum est, tanquam inutile repudiato. Doctiss. viri, ut Dioscoridem à contradictione vindicet, απολίγησε interpretantur damna, quasi dixisset διπλούσιον αἴτην τὴν απολίγησιν, τοτε τοῦ θεραπευτικοῦ. Hanc significationem quandoque habere, negari non potest. Suidas, διπλούσιον τοῦ θεραπευτικοῦ abjectum. Plutarchus δὲ ἡ απολίγησιν αἴτην εἰς δικίστων, reficit illum ex iudicibus. πολύθιτον παρετείται τοῖς αἰχαίοις διπλούσιον τὸ δέχεται. Polybius abjectit Achaeos damnans principium. Alii vulgatam significacionem servare malunt, negantque ullam contradictionem in verbis Dioscoridis, quandoquidem ante prætulit auctor in mosyliticī genere, quod laxe est in hoc vero quinto genere quod scabrum visitur præpollere asserit. Nimirum (quod quidem sani iudicii nemo absurdum judicaverit) in diversis cinnamomi generibus lævorem & scabritiem modo laudari, modo improbari voluit. Hanc sententiam probare nequeo,

Absurdus omnino, & plane contradiceret sibi Dioscorides, si verbum ἀντίθετον hoc loco eligere denotat. Qua ratione in hoc genere eligi potest album scabrum; cum sit, uti verba Dioscoridis restantur, colore fulvescente cortice cassiae rufæ simile. Addo Plinii auctoritatem. Quondam, inquit, præserebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur, atq; etiam varium præferunt candido. Certissima tamen estimatio, ne sit scabrum, atq; inter se tritum tarde fricetur. damnatur imprimis molle, aut cui cortex albet. Quid clarius, quid manifestius, quam damnari album scabrumque? Aliud insuper latet in verbis Dioscoridis. πυριφόρος damnat Dioscorides, id rugosum quidam vertunt; at illi καρκίνος non exponunt; alii rugoso cortice vertunt. Respicientes ad precedentia. Dixit enim Dioscorides cassiae fulvæ cortici simile esse. Καρκίνος enim non tantum festucam, tenue lignum significat, sed etiam aliquando accipitur pro putamine & certice pomorum, ut Nicandri scholia in Alexipharmacis notavit. Sed constat Dioscoridem non de quinto, sed omni cinnamomi genere loqui. Quare malo festucis rugosis. Καὶ λατέρη τὸ ξυλόδιον. Legendum καὶ λατέρη. Supra enim τὸ λατέρη optimum dixit. Damnatur quod non est lave & lignosum circa radicem. Et hæc de veris cinnamomi generibus Dioscorides. De spuriis quæ scribit non omittenda. E' si δὲ τὸ οὐδὲν μοι τὸ καλέμφυτον, φύλακαν μαυρον, στελεῖ, τὸν λυτορο τὴν ὄσμην, εἰκάζειν ψυχρόν. E' si aliud quoddam simile quod adulterinum cinnamomum cognominatur, visle, odoris in validi, viribusque distinctum. Hoc pseudocinnamomum plures decipiisse, auctor est Galenus lib. de Theriac. τὸν δὲ τὸν τὸν Διοφόρον τὸ πολὺς τὸ σκουλαζόντων ιντοτον πλαστῶν τοτε τὸ καλέμφυτον φύλακαν μαυρον ὄμοιον εἴη τὸ διπλόν, καὶ τὸ την γεννον τὸ τὸ σφράγιον, πολὺ οὐδέποτε οὐδέποτε. Haud modica differentia reperitur, & multos, & iis qui præparant soles desperare. Nam quod vocatur cinnamomum mentisum versusimile est, & nisi quod gustu & odore longe sit inferius. Facilis igitur ejus dignitas iis quibus gustus, odorque bonus. Καλέται τὸ ζεβρίθε ξυλοκινναμονον, ή τοι δι τηρηφέται καναμιμφ. Appellatur & quiddam xinxiber quod habet aliquam cum cinnamomo cognitionem, cum sit κυλοκινναμom. Galenus cassiae, cinnamomi si dictæ quod sciunt non meminit. E' si δι ξυλόδιον καναμονον ή καρκίνοδιον φύλακες (quidam codices μικρος). Sequens verbum depravatum hanc lectionem ostendit) καὶ φωτιας ε' τη διαδικτης πολὺ κανδησις, est vero lignosum virgultis longis robustisque præditum, sed odor longe cinnamomo inferioribus. Idem de hoc cinnamomo Galenus, τὸ δι ξυλοκινναμον Διοφόρον τὸ ξυλόδιον εἶναι, & ιοχερος τὸς πρόδιδυτον ήτε, τὸ τὸν ὄμοιον την λατέρην, quod vero vocatur cinnamomum lignosum, bac re differt, quod lignosum sit, validaque virgulta habeat, nec similem suaveolentiam præseferat. Nec illud genus cinnamomi unquam vidi. Accusatū à viris doctis Galenus, quod in cinnamomi descriptione parum sibi constat. Quippe cinnamomum modo arborem, modo fruticem, modo fere herbam appellat. Arborem his verbis describit, & μὲν πικριοδιτης πιπερικὴ φαρβάρης γλαυκοποιης & μακρην πτυχιων δ' Ε' μιστες ε' τη δερδρον ολον ην κινηματα & απορητικα. Olim ex barbarorum terris, area cubitos quatuor & medium longa, Romanum cum perlata fuisse, in qua cinnamomis primi generis arbor erat. Fruticem his verbis describit. Ιναρι δι αὐτον έτοι ηδη πολύμερον, Φύλακρον εἰσι διπλοτοξον τὸ μέρος τὸ οὖτον ε' τη δι τὸ την φύσιον ήταν, ή βροχη πτερισ η ηδητος, τὸν τοι δι πατετων τημένον, απλα τὸ μιζηρον αὐτον ε' μετέρη ιστη μιζηρον ποδος πανικης. Quævis autem cinnamomi species ab una radice (sic vulgo interpretantur, cum vertendum sit ab ima parte. Nam non loquitur Galenus de tota arbore, sed de cinnamomo reliquo, servato que in arca Adriani temporibus delato. Suidas πολύμηλον τὸ ιοκαρη, μιζηρον ε' πλευτας πανικης.) seu frutex quidam parvus consurgit, emittitque hac sex, illa septem virgulta, vel paulo plura, paucioraque, non æquali tamen omnia longitudine, verum quod maximum est, pedis romani dimidium non excedit. Herbam his verbis appellat. Πολλα μὲν έν ιαν αὐτον έτοι τη σπόνμηλα ξυλια σκινη. παλια στιχεια τη πλυρρηζων, ή πλυνταδων, ή οπεις αν της οπεις ηδητην κινηματαν Διοφόρον, ειδον δι αποτη πτεριμον εις ποδας καδις σκιζόμερον εις μητρον σκιπιτης πλιον, απλα οια ποδεις η ηδεπερηων, αμφοτερων, ιδια ιστη καρδιαν ην Β καλυψιν οδυ Διοφαστων φερεμινον εις κρητης ημιν. Superfunt adhuc ibi vasæ multa lignea, quæ variae cinnamomi species continent, quorum nulla tamen veluti truncus Ramos plures divisus multum attollitur, sed ellebori figuram præseferit, immo vero Damasoni, quod ex Creta ad nos adferunt.

*adfertur. Paululum verba hæc si perpendissent, facile Galenum à calunia liberassent. Non dixit Galenus in universum, omnem speciem cinnamomi ex una radice seu parvum fruticem attolli, cuius virgulta non superant pedem Romanum; id si verum esset sibi contradicaret; sed verba ultimo loco citata intelligenda de illis generibus cinnamomi, quæ reservata, ac recondita erant in vasis ligneis Cæsariorum. Hæc ut clarius videri possint, addam verba Galeni præcedentia.* τὸν μὲν ἀντεκόμενον τὸν διαδότον οὐδὲν αὐτὸν τὸν ἀριστιόν τον εἰδένεις κανναμοναρχον τοῦτον ἐστὶν γένους ποτὲ αὐτογνωμονιον τον εἰδένεις διάλειπεν τὸν μητρικόν ποτὲ μὴ τον εἰδένεις τον μὲν τον τούτου — ποτὲ μητρικόν. Nunc itaque cum Imperatori nostro Severo theriacam componerem, ex cinnamomo Adriani tempore reposito quod optimum visum est, elegi; de quo etiam utile quiddam lecturis subdere cum possum, id facere non gravabor. Supersunt adhuc ibi multa — pedis Romani dimidium non excedit. Hæc satis ostendunt Galenum non pronunciasse verba citata de omni cinnamomo, sed de eo tantum, quod in Cæsarium apothecis reconditum servabatur. Posset & alio modo pro Galeno responderi; sed solutio data magis arrideret, ipsiusque verbis confirmata est. Quod autem modo arborem, modo fruticem vocat, non usque adeo mirum est. Non solent veteres tam exactè nomina hæc observare, ut mille exemplis probari potest. Lentiscum, cyprum, tamariscum, arbores vocant, cum sint frutes. Et cur in cinnamomo hoc non licuit. Maximè cum non constaret arbor; an frutex esset. Quæ ad finem capitum adduntur, spuria sunt, ac fortassis Crateve. Εἴδει την λεγεναριον κανναμον, οἱον ψευδοκανναμον καλεσθει, ινερι φροδιανη την παχυνοσβετερον. Ητο ποτὲ μὲν τοις ιατριμονιον την τον Κανναν την γαστιν. Posteriora ποτε αλιτερον in Aldino leguntur, codice, την παχυνοσβετερον Εποτὲ μὲν τοις αιτίοις ιστην κανναμον καπτει τον Κανναν την την γαστιν. Est ου cinnamomon quoddam quod nonnulli pseudo cinnamomon appellant, fruticosum valde, virgultisque crassioribus, at tum odore, tum sapore cinnamomo multum inferius. Qui addenda contendit id aget Serapionis auctoritate. Rejicienda tamen puto. Paulò enim ante Dioscorides de pseudocinnamomo egit, eademque serè dixit. Non solet unum idemque bis dicere; nisi hæc dixerit ad majorem certioremque distinctionem pseudocinnamomoni à cinnamomo. Sed frivolum hoc magis, quam probabile videtur. Hactenus quæ vereres; nunc quæ recentiores de his dicant, videamus. Officinas canellam, quam cassiam veterum esse diximus, cinnamomon vocare; quilibet novit. Nova non est hæc opinio, minimeque nostri seculi, ut nonnulli putant; confudit infima Græcia canellam & cinnamomon. Glossæ græco-barbaræ γινεται κανναμον. At canella cortex est, surculus cinnamomum. Officinarum errorem, vel hoc arguento diluam. Si cassia lignea ipsis dicta veterum cassia est, uti recte sentiunt, canella non potest esse cinnamomon. Etenim cassia hæc canella sappore & odore multum superat, & excellit. Cum contra cinnamomum optima cassia odore, saporeque longe superius, ac præstantius esse scribant, & quod magis est, in defectu cinnamomi, duplex optimæ cassiae pondus substituendum doceat Galenus. οὐδὲν κανναμον τον διαδένειν την γενετον. Idem Dioscorides, διαδέσσον διαδένεις, (κατοις) μητρικον τον Φρεγανην, εμην παρειν κανναμον, την ειναι δεει. Si desit cinnamomon cassiae duplum medicamentis admistum, eadem quæ illud præstat. Quod cinnamomum vocant Officinæ, cassia lapore, odore, viribus inferius multum est, hoc ipsi fatentur pharmacopœi. Cinnamomon cassiamque unum idemque esse statuant magni viri, inter quos sunt maximi nominis philosophus, & Achiatere, seu Prorex Indiæ. Hic suam ut probet opinionem, fabellam quandam narrat. Cæterum, inquit, quod canella diversa ibi cinnamomi & cassiae nomina indita fuerint, occasionem præbuisse puto mercatores Sinenses, qui cum ē sua regione aurum, sericum, margaritam, aliasque bujusmodi merces eveberent, nonnullas ex iis in Malacca vendebant; sandalum lignum aloes, contra in suas naves inferentes, que rursus in Zeilan & Malabar dividendebant, indeque sumebant canellam, ex Zeylan videbile laudatissimam, & ex Malabar minus selectam. Similiter & ex Iava, unde etiam pipper, cardamomon, evebebat, eaq; omnia deinde Ormus, aut in Arabiae Oram maritimam perferebant. Interrogatis autē isti Sinenses quænam essent hæc aromata, & unde ea adveherent, fabulas illas narrabant, quæ recenset Herodotus; ut huius commentis eorum

mercum pretia augerent. Cum autem qua in Zelianata  
esset canella, ab ea quam in Iava & Malavar sumpserant,  
differre consiperent, diversa illis indidere non ina; cum  
tamen ejusdem generis essent cortices, pro soli caligine va-  
rietate solum differentes. Ementes ergo Ormus incole eam  
canellam à Sinensibus, idcirco eam darchim, quod Persis li-  
gnum sinense sonat, appellarunt, dum Alexandriam velen-  
tes, ut eam Græcis eo confluentibus carius venderet, cinnam-  
momum vocarunt; quod significat lignum odoratum, quo sa-  
morum ex Sina delatum, deterior autem canellæ, que  
scilicet ex Malavar & Iava delata esset, idem nomen quo  
in Iava appellatur indiderunt; scilicet cassia, quod lin-  
gua malaya dulce lignum sonat. Hoc corrupto vocabulo  
græci cassiam dixerunt, duo diversa nomina eidem res im-  
ponentes. Siccine ergo unum idemque factum cinnam-  
momum & cassia? Miranda profecto, sed non creden-  
da metamorphosis, putatne Græcos omnibus tensibus  
orbitos fuisse? Vilis, tactus, odoratus, gustus, diversa  
fuisse docent, color cassiae rubeus, cinnamomi niger ex  
vino in cinerium vergens. Sane hos distinguere vel  
puer nosset colores, si modo vilu non careat, tactu vel  
diversa esse animadvertere facile, tenue nodisque plu-  
rimis cinctum est virgultum vel festucæ cinnamomum,  
cassia nodis carens farmentum, crassi corticis. Lau-  
dant veteres cassiam παχεῖαν, & λιπέφλαιον dominant,  
cum contra crassum cinnamomum rejiciant, tenue lau-  
dent. Cassia Zeylanica, Malavarica crassior & præ-  
stantior. Odor & sapor utriusque diversus, ut ex di-  
ctis jam intellexerit Lector. Iam philosophum audia-  
mus. Hic libris archiatri legisse videtur, qui de cinnam-  
mom & cassia hæc scribit: Cum igitur à locis in duas  
species canellam partiantur, Zelianitam, & Mutiream.  
Priorem esse puto cassiam crassior enim est: hoc quod ex  
virgulis eximint tenuioribus, cinnamomum. Differt  
hæc sententia à proregis medici opinione, quod ille  
crediderit cinnamomum & cassiam idem esse, hic quod  
cassia sit cortex ligni crassis, cinnamomum ex vir-  
gulis tenuioribus sumatur. Atqui pro certo jam obi-  
nere debet, corticem ligno suo exemplum, cinnamo-  
ni nomine veteribus notum non fuisse, qui ipsos surcu-  
los sic vocarunt, corticis planè immemores. Herodo-  
tus τὰ κάτεψια festucas, Galenus ἀργείων τὸ δέ τοι τὸ τῆς  
τῆς λιπέφλαιον καρποῖς. Dioscorides παῦθαι λιπένη dicit.  
Non itaque cortex. Colore etiam multum diffe-  
runt, nec non & odore, Dioscorides enim ὁ φίδης iuvenis  
Galenus ἐνδιστατο & ἀπόπτη μα τυλιξ τοις ἄμα τοις  
ἰχεῖς, ineffabilem præ cæteris bonum odorem spirare. At  
vero cassiae odoris bonitatem non assignat, simpliciter  
enim ἀρωματίζεσσα aromatico odore dixit. Cassia qui-  
dem optimo odore esse fateor, sed non tali, qui omnia  
superet. Facit etiam contra philosophi opinionem,  
quod canella Zelianica præstantior & crassior sit. cum  
tenue cinnamomum optimum sit, p. cinnilcere vir-  
gultum eorum, quæ quondam Cardano, cum lau-  
rum cassiae per omnia similem esse scriperat; credere  
ait, extremæ dementiae esse. Non enim à solo sole co-  
quitur cortex ille, sed à calore quoque naturali, qui si  
idem esset cum lauro nostrati, non alius sapor toto ge-  
nere, sed dilutior tantum, a finis tamen inveniretur. Et  
recte dixisti. Ita quoque, cassia & cinnamomum corti-  
cis tantum tenuitate ac crassis sit different, non toto  
genere ac forma diversa essent, sed vicina quod veter-  
es memorie prodidissent. Toto genere diversa sunt  
surculus & cortex, sic color dissimilis fulvus seu ruber,  
& niger, qui ex vino in cineritium vergit. Præterea  
plane contrarium est, nodis plurimis scatere, & carere.  
Rectius profecto priore servata opinione, nos vero ca-  
rere cinnamomo statueres. Sanior illorum videtur sen-  
tentia probabiliqz, qui cinnamomum & cassiam ex  
una quidem arbore provenire scribunt, sed corticem  
interiorem caudicis cassiam, at surculos sive arboris  
superiora virgulta, cum cortice suo vestita cinnamo-  
mum. Hi confirmant hanc suam opinionem locis ali-  
quibus, ex lib. De antidotis, cap. de cassia à nobis cita-  
tis. Sensum eorum repero, Se vidisse inquit Galenus,  
cassiae fruticis surculos, cinnamomopares, forma, cor-  
tice, (sic scribunt) odore & sapore. Ergo, inquit, ex  
illa cassia surculi dempti & amputati cinnamomum ef-  
ficerunt, cortex vero detractus cassiam sive canellam  
nostram. Ex quibus colligitur ejusdem fruticis, recisa  
summa farmenta, fuisse veterum cinnamomum corti-  
cem vero exemplum, paratum, & in tubulos fistulares  
complicatum, veram & genuinam cassiam. Alium item

ex eodem Galeni libro locum adferunt, quem capite de cassia citavi. Dixerat, inquit, supra casie fruticem inveniri, qui virgulta haberet prorsus cinnamomi surculis similia; hic vero ait etiam cinnamomi arborem integrum conspicere plane similem cassiae, & pares cinnamomo ramos ferentem. Concludit tandem Galenus, inquit, eo loco naturam cinnamomi prorsus similem esse optimae cassiae. Eadem itaque esse arborem, idque minime cognitum suisse veteribus adstrui potest. Profecto nisi hoc sit, adeo vident nihil, quod dici possit, ut credibile fiat cinnamomum & cassiam ex eadē arbore esse, sed diversis ejus partibus parari. Cassiam ex cortice fieri, cinnamomum ex virgultis & frumentis amputatis. Rem non eandem fuisse, abunde fidem fecerit nomen differentia, facultatis, formae, coloris, odoris, pretii, quod olim utrique fuit. Respondeo nunc ad argumenta ex Galeno, mox non esse ex eadem arbore, probabo. Inter ea ne pīgeat lectorem adire caput ultimum hujus libri de pipere. Agit Galenus loco priori, (ut jam supra ostendi) describitque cassiam, quam Dioscorides βλαστον germen appellat. Hanc Dioscorides similitudinem quandam cum cinnamomo habere ait, non tamen simillimam ut viri docti scribunt, posteriori loco describit, quintū cinnamomi genus, quod Dioscorides cortice cassiae ligneae simillimum dixit. Scire facile potuit Galenus diversas esse arbores. Integrā enim cinnamomi arborem vidit, ex barbarorum terris allatā: fungus, stipes fuisse Galenus, si non animadvertisse ex eadem arbore provenire, & si vidisset animadvertissete, nunquam tacuisse. Res est nimium diversa, sed quid id pluribus probare conor, ipse palam hoc facit Galenus cum loco citato scribit de cassia, ἀργιποράς πνεύμας ὄφεως καρκανίου την τύχην εἰς φλοιὴν τὸν λεπτόν. Ramulos cassiae similes cinnamomo aspectu, & corticis tenuitate. (athic locus nos recte correxisse Theophrastum testatur.) Non itaque in omnibus similes ramuli hi, sed tantum in quibusdam & jam memoratis. Arbor itaque utraque diversa. Diversam arborem esse ex veteribus probari potest. Theophrasti loco citato & a nobis correchtō, ubi cassiam & cinnamomum diversas scribit esse arbores, cinnamomumque in quinas arbores disceinit. Ipse etiam Dioscorides diversas arbores fuisse satis docet, cum manifeste cassiam mosyliticam aliquam cum cinnamomo mosylitico differentem habere ait. Quod si una arbor, simillima hæc cassia cinnamomo esset. Cassia hæc βλαστον, germen ab eo dicitur, quod mosylitico cinnamomo, quod virgultum, similis esset. Plinius diversis in locis nasci cassiam & cinnamomum scribit. Frutex & cassia est, juxtaque cinnamomi campos nascitur, sed in montibus crassiori sermento, tenui cute verius quam corrice. Hunc locum multum negotii facere iis, qui contrariam tueruntur sententiam, ipsi fatentur, sed nihil inquit prohibet eandem esse. Et vero non tene diveros compotatum est aetate nostra, si vera narrant Lusitani, qui loca illarum navigationibus perlustrarunt. Ego tamen planè diversas arbores esse jam probavi, & mox probabo reperi hodie cinnamomum, à cassia diversam arborem. Non enim Lusitanis adstipulari debemus, iisque plus tribuere, quam veterum & probatisimorum virorum scriptis, quibus quandoque, & quidem perperam, refragantur. Quæ ipsi autopsia viderunt, ea credenda & amplectenda sunt, in iis autem ubi iudicio & examinatio ne opus est, tantum auctoritatis ipsis dari non debet. Homines sunt vulgari peritia, iudicio non acuti, ingenio non usque adeo acuto, ut de rebus maximè controversis judicare queant. Loquor de rebus botanicis, iisque Lusitanis, quorum scripta ad manus nostras pervenerunt. Finem ut faciam, examinabo virgulta cassiae, an cum cinnamomi descriptione convenient. Carolus Clusius duos ramulos se vidisse scribit, ego unum vidi. Veterum cinnamomum nodis frequentibus praeditum est. Ramulus quem vidi, omnino nodis non carebat, frequentes tamen non habebat. Color cassiae subcinereus, ad vulgaris cassiae ruborem vergens eique simillimus, cinnamomum nigrum, ex vino in cineritium vergit. Nec odore, nec acrimonia vincebat cassiam vulgarem. Vide aliud argumentum, cap. de pipere. Alii tamalapatrii ramulos, veterum cinnamomum esse scriperunt. Hujus virgulta nec per quam jucunde olent, immo odore ferē carent, nec acria, nec mordacia sunt, pauca tamen calfactione praedita. Fortassis virgulta hæc cinnamomum mentitum veterum, non lævem cinnamomi spe-

ciem præbent. Convenit satis color, nisi quod magis quam veteres scribunt, albcent ramuli tenues nodis cincti. Magni nominis Botanicus Dodonæus caryophyllorum tenues ramulos, cinnamomum veterum esse Pempt. 1, lib. v, cap. xix scribit. Sarmenta, inquit, seu virgulta tenuia, que cum caryophyllis inferuntur, legitimū veterum sunt cinnamomum. Hanc approbo opinionem: Suadet enim ratio, omnibus etiam notis veterum repræsentant cinnamomum. Sunt nigra, ex vino in cineritium vergentia. Quod si quis præpararit colorem, qualem Galenus supra descripsit, eundem reperiet quem habent. Hæc virgulta, sunt lœvia, tenues ramuli, frequentibus satis nodis cincti, per quam olenia, odore baccharis, sapore acri ac mordenti, cum calfactione & falsedine quadam, neque ut Galenus observavit, mordicando palato tristitie inferunt, rutam etiam, ubi manducantur, manifeste præ se ferunt. Cum franguntur ac friantur pulverulentī quid emittunt, & non nihil lauriginosa videntur. Quare nullum est dubium, cur cinnamomum veterum esse non credam. Inferet quis, cur itaque hodie negligunt? Resp. hoc fieri, quod caryophylli ipsi in locum ramulorum successunt, qui Galeno, Dioscoride, Theophrasto incogniti fuerunt, & ad hos non fuere delati, vel quod in Zeilan, ubi suam mercaturam agebant (Moluccæ enim ipsis incognitæ fuere, quæ plus quam ducenta milliaria à Zeilan sitæ sunt) arbor caryophyllorum fructum non fert, vel quia temporibus veterum, incognitum fuit indigenis, tam aromaticum ac præstantem ferre fructum, vel quod per paucum tulit, quem incolæ sibi servarunt, quod magis probabile videtur. Narrat Stephanus van der Hagen, majori copia nunc in Amboina reperiri, quam unquam antehac, ex quo nimur Lusitani earum insularum dominium occuparant, quod ferē quadriennio ante evenit, quam dicta regione Navaracha van der Hagen, Illustrum Ordinum Bataviae nomine potiretur. Lusitani simul ac rerum ibidem absolute domini facti sunt, statim multa millia arbuscularum, passim per totam illam regionem conferi curarunt, & illorum vestigia secuti incolæ, indies nova plantaria earundem arborum instituunt, maxima copia, nec frustra. Causa itaque cur veteribus incogniti caryophylli, narratur quod raro, partim quod insula Moluccæ, in quibus tantum crescunt, veteribus incognitæ ac plusquam ducenta, ut dixi, millaria diffitæ sint à locis in quibus veteres negotiabantur mercatores. Quare mirum videri non debet ipsos caryophyllos veteribus incognitos fuisse. Hac occasione non inutilē futurum puto, si eorum historiam huic capiti adnectam. Καρυόφυλλον, vel καρυόφυλλον, si verbum verbo reddas, significat nuci folium, cum quo similitudinem nullam habet. Arabibus, Turcis, Indis Calafu, Moluccarum incolis, ubi solum gignitur, canque dicitur. Unde Græci cinnamom & cinnamomon finixerunt. Belgis Nagel, id est Καρυόφυλλον, quod clavimodo capitatus sit, exertis in adversum quatuor denticulis sese quinquestellatim decussantibus. Primus, qui Caryophyllum descripsit, est Paulus Ægineta, lib. vii. Καρυόφυλλον εἰς τὸ διάφορον τὸ σιαστήχει. αἴδεται ἡ ιδέα στοιχείου αὐτοῦ πνεύματος καρφούσιδη, μίλιαρα στον δικτύοντα σύντομον τὸ μῆκον, φίσσηται αἱρεσματίσονται δρυΐαι, ωνόποιοι, θυρηοῖς τῇ ἐπιφύλαξι τοῖς τέλεσι τοῖς ζευσι, αὐτοὶ γέγονται εἰς τὸ σφειρικόν τοῖς τετραγωνοῖς φαρμακοῖς. Caryophyllum non eam habet substantiam quæ nomine prætenditur, sed ex India veluti flores cuiusdam arboris festucacei, & nigri sunt, longitudine fere digitali, odorati, acres, subamaris, calidi & siccii in tertio propemodum ordine, qui multipliciter usus sunt, tum ad obsonia, tum ad alia multa medicamenta. Caryophyllum Botanici putant esse fructus rudimentum, quemadmodum in malis, pyris, punicis, atque plerisque aliis vide est. Nam flos ipse, qui quartensis foliis constat, hujus fructus rudimento insidet, multis fibris plenus, veluti fere myrti flos. Totam hujus arboris formam, non tantum fructus rudimentum fert animus. Arbor est, inquit Garcias lib. i, cap. xx. magnitudine & forma lauri. Addit à Costa cap. xv, superiore parte magis ramosa esse. Wibrandus à Warwick, navis, cui nomen Amstelodamum, præfectus, Clusio narravit, esse celsas caryophyllorum arbores, magnitudine malis piris non cedentes. Stephanus van der Hagen folia esse laurina, sed angustiora, addit à Costa minor. Folia describit luculentē Clusius Exoticor. lib. i, cap. xv. sunt angustifoliæ lauri valde similia, oblongi sculo pediculo prædicta, alterius sub singulorum

giulorum ramulorum alis ex adverso nascentia, medio nervo singula folia per longitudinem secante, & multis venis utrimque in latera excurrentibus. Adversariorum auctores aurantii magnitudine se vidisse referunt, aliaque latiora & rotundiora illis ipsis ostensa à doctiss. Comaco & Anguillara, hoc Ferrariae, illo Venetiis medico. Bauhinus folia se habere ait, quæ ad pyri accedunt, quale & mihi servo. Ex his concludi potest, & bona ratione quidem, variare magnitudine folia, alia enim majora, alia minor, alia latiora, alia angustiora observari: ut muria conditi ramuli, (quales adversariorum auctores demonstrant, & quorannis ex Indiis ad nos adferuntur) foliis & fructu onusti, ostendunt. Rami pedalis saepe sunt longitudinis, summa

### Cariophylli cum folio & fructu.



parte in quinos aut plures graciles ramulos suo fructu onustos, atque alternatum ex adverso nascentes divisit; sunt infimi autem scriptorii calami crassitudinem non superantes, cinericique coloris cortice tecti, quem graciliores tenellique ramuli candicantem habent, præter extremas festucas ipsum fructum sustinentes, qui ex nigro purpureo fusci coloris sunt, sive nigri ex vino in cinereum vergentes. Alternos etiam, & inter se contrario situ plures pediculos ferunt, eosque ut plurimum ternos, suis petiolis sustinentes alabastros (qui sunt ipsi cariophylli) summa parte in quatuor denticulos decussatim divisos. Flore copioso Garcias esse inquit, primum candido, deinde virente, postremum rufescente. Qui induratus, est ipsum cariophyllum, id est fructus rudimentum. Est autem flos hic viridis adeo odoratus (ut Garcias à fide dignis viris accepit) ut reliquos flores odoris suavitate supereret. Idē fere A Costa, Flores, inquit, fert copiosos, initio candidos, deinde virides, cum nunc in fructum efformati sunt, at ubi maturaverint rubenes, qui deinde collecti ac siccati nigricantem contrabunt colorem. Forma non sunt dissimiles, ut ante nos obseruavit & intellexit clariss. Clusius, floribus cerasiorum, nec colore candido, sed ceruleo eleganti, quorum singula foliola tribus candidis radiis, seu venis sunt distincta, staminula vero medium florem occupantia purpurei coloris. Præter veritatem scribunt nonnulli, cariophylos sparsim per ramos, sicut modo, ad foliorum basim, quandoque binos, nonnunquam ternos, aut quaternos simul junctos, nonnunquam unicum nasci. Omnes enim, quos ego vidi ramulos, quod etiam Clusius & Bauhinus, testantur extrême parte fructus proferunt, suis festucis

aut bacillis inhærentes. Cultores, inquit Garcias, flageant altiores ramos arboris, emundato prius circa arborem solo; siquidē nullum genus graminis sub eo nascitur, omnem succum sine humorem ad se trahēte arbore. Decussa cariophylla biduum aut triduum siccantur, deinde asservantur, & Malacam, aliasque provincias mittuntur. Quæ in arbore hærent crassiora sunt, nec ab aliis nisi vetustate differunt, *άντριψιλα* vocantur. Vulgo *άντριφαλος*. Legitur apud Myreps. in Antid. 34, diacamaron dictū. *καρυόφυλλον*, inquit Myreplus, τὸ μῆτρα τὸ οὐρανού γέραθρον ταῦλικη γλώσση *άντριφαλος*. Corrigunt, *άντριφαλος*, patissim Barbaris & Arabicis vocibus utitur Nicolaus, quas perpetuo Italicas vocat. ξυλοκρέβον vocat Aetius, quod durius magisque lignosum videtur. Quare non recte Avicenna hunc crassiorem fructum marem facit. Differt matus ab immaturo (qui maxime expetitur) quod justum cepit incrementum, figura oblongus sit, in medio crassior, magnitudine mediocris avellanæ, aut potius corni, aut nuclei olivæ similis, & æqualis, superioris quadrangulum πεδίθρα, id est umbilicum habens, (vide cap. de cardamomo) cortice foris tenui vestiatur, quo derracto duplex appetet nucleus, id eoque in duas partes fissilis, in curva & sinuosa commissura compactilis, ligni aut corni instar solidus, tritumque difficilis. Cortex cariophyllo saporem similem habet, remissiorem nucleus. Minor sive immaturus longitudinem habet transversi digiti aut uncia minorem, formam vero exigui & obusi clavi. Nam graciili ejus corpori latisculum, & quadrangulum capitulum insidet, in angulis quatuor eminentiis dentatum, lacunulæ, aut quadrati alveoli instar, superiorius modice excavatum, convexo, concavoque seu tuberculo testum, friatu facilis. Quapropter hæc capituli pars non in omnibus cariophyllis conspicitur, cum solidius eorum corpus, fragilis in tanto itinere atterat; materia constat cartilaginea, modicè lignosa, lenta, infragili, tritu difficile, tam foris quam intus in nigro & rubente colore fusca; nigror tamen probatur, & solidior, quæque pinguem oleosum tenuemque liquorem cum pungitur è plaga remittit. Saporem qualcum habet constat, piperis nempe modo acrem, valde aromaticum, simul adstringentem, & linguam veluti stupore quodam a scipientem. Odorem aliorum aromatum modo, longe suavissimum spirat. Folia (quod experientia comprobatur) tanta odoris suavitate non fragrant, ut ipsum cariophyllum. Sed nec ipsi rami odorati sunt nisi aliquantulum siccatae, festucae quæ ad nos adferuntur, gustu & odore paulo quam ipsi quidem cariophylli sunt remissiore, sed tamen jucundissimo ac suavissimo, quæque nullam in mordicando palato tristitiam inferunt, ut observavit Galenus. Eligantur nigriores, pinguiores, liquorem fructuum modo remittentes, odore & sapore ad minores, sive immaturos caryophylos proximè accidentes. Nascitur ipsa arbor, ut Garcias refert, ex caryophyllis decidentibus in terram, ex quibus cum numquam desit pluvia, quæ fructui alimentum præbet, arbuscula producitur, quæ intra octennium adolescit, & in centesimum annum perdurat, ut ipsi testantur incolæ. Colligitur à medio Septembri, usque in Januarium, nec manu colligitur, ut quidem volunt, sed violenta flagellatione. Nascitur duntasat caryophyllum in Maluccis insulis, quæ sunt quinque numero, quarum primaria est Giloulo, nec procul nimium à mari, nec etiam locis mari nimium vicinis. Nascitur etiam in Zeilan nonnullisque aliis locis, sed nullibi magis frutifera est arbor, quam in Maluccis. Et hæc causa cur ad veteres sola festuca, non fructus fuit delatus. Errant, inquit idem Garcias, qui caryophyli & Moschatæ nucis arborem, eandem esse putant. Nam nux rotunda fere folia habet, pyri foliis similia; caryophyllum vero lauri folio est. Præterea caryophyllum defertur in Baudam insulam procul ab illa dissitam, quæ nucem profert. Pace Garciae dicere liceat, nec rotunda, nec pyro similia nucis moscatæ folia, laurini similiora sunt, minus tamen dura, & paulo interdum latiora, sive, ut verius comparem, inquit Clusius, citri vel mali aurantii foliis propriiora, ademptis appendicibus, brevi pediculo nitentia. Sed de hac nuce alibi, si detur occasio. Reperitur aliquando inter caryophylla, quæ quotannis ex ipsis insulis adferuntur, (nam sub Batavorum imperio maxima pars Indiæ orientalis) gummif ex alto rafescens, odoratum & pruniis injec-  
tum

ctum caryophyllorum odorem referens. Hoc Avicen-  
ni lib. II, cap. CCCI, simili facultate cum resina tere-  
binthina præditum esse scribit. Quidam caryopon Plini-  
ii putant, is lib. XI. c. ult. In Syria gignitur & cinnam-  
on, quod carypon appellant. Hic est succus nuci expressus,  
multum à surculo veri cinnami differens, vicina tamen  
gratia. Locus corruptus & depravatus. Quæ enim suc-  
ci cum surculo comparatio? In altero manuscripto  
Salmant: legitur *chamochon*, in altero *comachum*.  
Romana impressio, ceteraq; recentiores et macum a-  
gnoscunt. Pro qua voce Hermolaus nescio cuius codi-  
cis sive legendum afferuit *carypon*. Quam lectionem  
recentiores fecuti sunt. Notat doctiss. Salmasius in li-  
bris M. exaratis scribi, à masculo vero cinnami diffe-  
rens. Idem scribendum asserit: Multum à masculo vi-  
ro cinnami differens. Succum cinnami, acri, vehementi, ac  
viro odore præditum, masculum virus vocat. In plurimis  
que aromaticis rō *βερνάρδος*, cum odoris vehementia cōjun-  
ctum cernitur, quod virosū & virus latine dicitur. Suc-  
cum ac dīrāpū herbarium, ita etiam vocarunt. Ipse Plinius  
de halimo, necat viro, quod halimum vocant Græci. ῥά-  
μενοδι suco salfuginoso & amaro. Nonius viro interpre-  
tatur, virtute naturali, in isto versu Lucretii ab ipso ci-  
tato:

*Concoctasque suo servare ac perdere viro.*  
Ut ut sit, nō wñxngi tñ idū in cinnamomo commendat, vñ  
tñs ñc pñntos wñxngi, quod nares ferit vehementia on-  
doris, & olfactum implet. Hactenus Salmalius. Scriptis-  
se puto Plinium, In Syria gignitur & cinnamon, quod  
comacum appellant. Hoc est succus nuci expressus, mul-  
tum à succo veri illi cinnami differens, vicina tamen  
gratia. Comacum duplex facit Theophrastus: alte-  
rum fructum, alterum quod probatissimis quibusque  
miseretur unguentis: sed in Arabia, non Syria nasci co-  
macum scripsit Plinius. Fortassis & in eo virtutis Plini-  
ii codex, legendumque, in Arabia gignitur. Ut ut sit,  
de veri cinnamomi succo non loquitur Plinius, nec iste  
viroso odore est præditus, sive βερμùδis est. Nugantur,  
qui Plinii caryophyllum, nostrum vulgare esse caryo-  
phyllum putant. Et, inquit lib. XII, cap. VII. etiam-  
num in India pipern grani simile, quod vocatur caryo-  
phyllon, grandius, fragilior. Fructus caryophylli nec  
fragilior pipere, nec ullam cum pipere, colore forte  
excepto (utrumque enim nigrum) similitudinem ha-  
bet. Explodiendi omnino, qui caryophyllum Indicæ  
regionis malum citreum esse scribunt, nec gigni, nec  
maturescere malum illud in India ob torridum solem.  
Id est falsissimum. Nascuntur mala hæc non tantum in  
Indiis, sed sub æquatore, sive linea æquinoctiali. Prä-  
terea non esse eandem arborem, probatnr quod suc-  
co, sa pore, forma utriusque fructus est diversissimus.  
Eadem si esset arbor, non alijs sapor toto genere  
esser, sed dilutior tantu, affinis etiam reperiretur, non  
pland contrarius. Citreum itaque in India translatarum  
caryophyllum & contra caryophyllum Hispaniam ci-  
treum, credere, extremæ dementiæ est. Illud adden-  
dam, Mathioli iconem caryophylli arboris fictam esse,  
ac præter veritatem caryophylli fructum additum.  
Cinnamomi ramus est, nec à nostro ramo, cuius ico-  
nem addendam curavi, diversum; nisi quod caryo-  
phylla addiderit. Tribus hujusmodi costis caret ca-  
ryophylli folium. Idem Mathiolus lib. epist. v, ad

K E Φ Z.

*De balsamo: quodque non nisi vitiatum ad nos perferatur.*

**Τ**οῦ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ αὐλῶνι τῷ  
αὐλῆ Συρίᾳ. ὁ διδεῖσθαις δὲ εἶναι Φασι δύο  
μόνικες. τὸν μὲν ὕστερον εἴκοσι πλέθρων, τὸν δὲ ἐπερον πολλῷ  
έλαττονα. τὸ δὲ δεύτερο μέγεθος μὲν, ἡλίκινον ρόσα με-  
σάλη. πολύκλαδον δὲ σφόδρα. Φύλλον δὲ ἔχειν ὅμοιον  
πικάντι, ταλαιπώριον. δείφυλλον δὲ εἶναι. καρπὸν  
δὲ παρόμοιον τῇ περιήθῳ. καὶ μερέθει, καὶ σχήματι, καὶ  
μᾶτιον δὲ γραμματί οὐκάδες σφόδρα. Εἰ τέτοιο, καὶ μᾶλλον τοῦ δε-  
κρύπτου. τὸ γάλακτον δέποτε οὐτομῆς οὐλέσεγεν. εντέμενθι δὲ  
οὐκέτι σπιδηροῖς ταῦτα τὰ ἄστρα, ταῖς μαλισταῖς πνίγη ὁστι,  
Εἰ τοῦτο οὐδὲν. Τοῦτο τὸ δέρμα, τοῦτο τὸ συλλογὴν ὅλον τὸ δέρμα

Baldiuinum myropolam, festucas caryophyllorum putat esse saitaragi Avicennæ. Sunt, inquit Avicenna, saitaragi frusta ligni, parva ac tenuia, & cortices, sicut caryophylli. Verum putat subesse interpretis vel scriptos

**Caryophyllorum ramulus, cum suo  
fructu majusculo.**



ris mendum in dictione *cortices*. *Caryophylli* enim cortices non sint, sed fructus. Quapropter legendū putat, sunt frusta parva, tenuia, odorata, tanquam putamina *caryophyllorum*. Odoratum saitara gi, esse non prodidit Avicenna, nec sunt tanquam putamina *caryophyllorum*. Insuper illud considerandum, an male interpres vertet. Hoc iis qui linguam Arabicam norunt, codicemque Arabicum habent examinandum relinquo. Illud scio, maturum *caryophyllum* corticem habere, & de eo loquitur Avicenna. Et hæc de *caryophyllis*. Adpingendum huic tabulæ curavi novum *caryophylli* genus, quod clavī modo nec capitatum, nec stellatum est, sed ab infima ad supremam partem quasi sectum in multas particulas, ac in acutum definens. Sapore, odore, viribus vulgaribus multo præstantius, ab Indis in maximo pretio habetur. Accepi à Laurentio Realio, quondam nomine societatis Indiæ orientalis Generali, ac Proregi, nunc urbis Amstelodamensis Scabino & Senatori prudenterissimo. Non male *caryophyllum ramosum* vel dentatum quis vocarit.

C A P. V I.

*Si vitiatum ad nos perferatur.*

**B**alsamum in valle Syriæ provenit. Ejus \* arbūta duo tantum affirmant. Alterum viginti jugerum, alterum multo minus. Arboris magnitudo, quæ malo punicæ magnæ. Rami multi, folium rūtæ simile; † candidum tamen, perpetuo virens. Fruētus similis terebintho, † tam magnitudine quam colore. Is quoque admodum odoratus est, \* & magis, quam lachryma. Colligi lachrymam in caudice & parte superna tradunt, facta incisura unguibus ferreis sub sidere, cum æstus maxime angit. Collectionem vero æstate fieri tota, sed quod manat multum non esse: † vix enim toto die concham posse impleri. Odorem tamen inferri exi-

ποιεῖσθαι. οὐκ εἶναι γέ τὸ πολὺ τὸ ἔον. αἱλ' ἐν ημέρᾳ τὸν  
αἰδρα συλλέγειν σοσσα κέρκην τὴν δὲ σύμβιον Διαφέ-  
ρεται καὶ πολλεῖ. ὡς δέ δοτὸ μικρῷ πολλὸν ἐφινεῖται με-  
τόπων. αἱλ' εὶς Φαίλαν ἐνταῦθα ἀνεργον. αἱλα τὸ συ-  
ντρυμένον κεκραμμένον. πολλεῖς γὰρ διχειδεῖς οὐρα-

τοῦ καὶ τὸ σετῆ Ελλασι πολλάκις εἶναι κεκρυφμένον.  
Γαζα λεγίς, ἔνσημα δὲ σφόδρα, καὶ τὰ ράβδια τὰ καθαίρεντα  
ἐδεῖχε καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ τὰ Διαφόρα παλεῖδη τηνήσιον.  
καὶ τὴν ἐργασίας τῆς τοῦ τὰ δένδρα σχεδὸν πάντων  
ποιήσιται, οὐ τοῦ αἰτίαν εἶναι, καὶ τῆς Βροχῆς. Βρέχειδη δὲ συνεχῶσα  
πλλού τοῦ φα, συναντίαις δὲ δοκεῖν εἶναι τὰ μη μεγάλα γίνεσθαι  
τοῦ ισχυρότερου τοῦ στόζη, οὐ πολλούς στόζους, οὐ δένδρα,  
οὐ πολλάκις ἀποκείρεσθαι, οὐ αἴσθηται αὐθίναις καὶ σοκεῖ  
εἰς ἐνέκτειναν τὴν ὄρμην· ἀγγεῖον δὲ καὶ δεῖν εἶναι Βάλ-  
σαμον γάδιαι. γίνεσθαι δὲ ἐπὶ μὴ τῷ μετίζον θυ-  
μοῦ ιρρασίας  
εἴη ταῦτα δι-  
φέρειν τὴν  
μίσησιν.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**P**laesidius, Theodorus, arbuſta, malè. Neq; enim arbuſtum, arborum frequētia est, sed arbores ſecundum clasſes ſitæ ad vites recipiendas. Altum dicunt Ligures Taurini. Plinius ut minus ambitioſe, ita fidelius, Hortos vocat. Qui Egyp̄tires ab ſe viſas deſcripſere, ibi quoque adjunt duos eſſe hortos Balsami.

Mēdēs οὐκέτι προσίγενεν. Theodorus omisit figuram. Idem  
καλύπτει, candidum, pessimè. Quonā enim modo addat: per-  
petuo virens. veriditas enim nulla candida, sed exalbida.  
Philosophus ait, hic fructum odoratiorem, quam tachy-  
mam, quo utimur, ægredimur, vel affricatus, vel morsus sentitur.

Kai τὸν Εὐαγγέλιον πολλάκις εἴρει κακογένετο. Hic est, πολλάκις. Et tamen supra, εἰ φυτὰν ἀνθεγότο. Theodorus, Græcie, dixit: sicut Romæ.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

**T**o*νί Βάλασσος.* *Βάλασσος* dicitur, δι*τὸν βαλλέα, τὸν ομε-*  
*δην,* quod cælestem divinamque messem reddit. Hesychius; *βαλλέα.* *όδιον κράτος,* *Εβαλλός.* Solum cælum. Vel balsamum dicitur, quasi balsamin, quod in orientibus linguis exercitati dicunt esse, princeps aromatum. Ab *Ægyptiis balassan* dicitur. Pausanias, si recte scribitur *παλασσανος* vocavit.

*Intraq. dicitur, In valle Syriæ nasci, ait præceptor, ac duobus tantum in hortis, male arbusta interpretantur. Arbustum enim non est arborum frequentia, sed locus arboribus consitus vitiferis, hoc est ulmis, populis, & similibus, in quibus vites extendi solent, yel ipsæ etiam arbores vitibus maritatae, & inordinem digestæ, ut Columella lib. & cap. v. docet. Hortos esse testatur Plinius lib. xii, cap. xxv: Sed omnibus odoribus præfertur balsamum, uni terrarum Iudeæ concessum, quondam (Theophrasti sæculo) in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum viginti non amplius, altero pauciorum. Ostendere arbustulam banc urbi imperatores Vespasiani. Clavigumque dictu à Pompeio Magno; in triumpho arbores quoque duximus. Servit nunc hæc, & tributa pendit cum sua gente, in totum, alia natura quam nostri externique proddiderant. — Seviere in eandem Iudæi, sicut in vi- tam quoque suam. Contra defendere Romanis, & dimicatum pro frutice est. Seritque nunc eam, fiscus, nec unquam fuit numerosior aus procerior. Justinus lib. xxxvi, hist. Opes gentis Iudaicæ, ex vestigialibus opobalsami crevere, quod in his tantum regionibus dignitur. Est namque val- lis, que continuus monitis, velut muro quadam cincta, ad instar castrorum clauditur. Spacium loci ducentum millia jugerum. Nominis Hiericho dicitur. In ea valle sylva est, & libertate, & amoenitate arborum insignis; siquidem pal- meto & opobalsamo distinguitur, quanquam species hujus arboris insignis, & pretiosa, plurimum adauita sit. Jose- phus etiam lib. antiq. cap. v, in agro Hierichuntino bal- samum solummodo provenire testatur. Idem Strabo*

mium & copiosum. Adeò ut subito spacium per longum odor valeat permeare: verum sincerum ad nos nullum advehi, sed quod mittum colligitur. Pluribus enim mitionibus vitiari. Quodque in virgæ. Ea Græcia venditur, sæpe adulterari. \* Quin & virgas propter am- ejusdem arboris odorem suavissimum præstare af- firmant. Et quidem eas quoque amputari quotan- nis. Partim ut reliqua valentiora serventur, partim ut emolumēti plus comparetur. Nam & eas magno quoque posse precio vendi. Quin etiam ad im- brem cultus ejusmodi causam referunt, quem cre- bro incidere asseverant. Necnon & amputationem virgarum causam nonnullam adjiciunt, ne magnæ arbores fiant. Sequi enim ex crebra tortura, ut vir- gæ tantummodo mitrantur, nec intendi ad unum vires arboris possint. Sylvestre balsamum nullum usquam repertum accepimus. Impleri ex majori orto vase † semichœa duodecim ajunt, ex altero vero duo tantum. Vendit sincerum argento ad drachmam: reliquum pro modo adulterationis. Et balsamum quidem præcipue cujusdam in odore naturæ videri.

*Kατεῖσεν γόνον τῶν οἰκείων, καὶ διαφόρην πολεμώδη πίμελα.* Theodorus, amputari quotannis, partim ut reliqua valentiora ferventur: partim ut emolumenti plus comparetur vendi namque vel eas magno precio posse. *Lego πολεμώδη πίμελα,* & sic explicanda censeo: *κατεῖσεν γόνον οἰκείων*, scilicet pueri arbores, ut exonerentur: ne ve fatiscant, καὶ διαφύγουν, scilicet & proprie impellam. Namque Atticos πόλεμον, impensam vocabant, ut est apud Thucydidem. & Διάφορον συνα, pretiosa dicitur ab Aristophane. Alterus usus est D-mosibenes contra Pantænetum. Ita illa, πολεμώδη πίμελα, ἀποκατέτινε.

*As &g's d'egre. Ita etiam Plinii, Theodorus, vendi  
sincerum argento ad drachmam. Non intelligo.*

lib. xvi. Γερεκύς δ' οὐ πολὺ κύκλῳ φεγγόδρων οὐδεινὴ τῇ  
κοίτῃ εἰς Διατροπεῖς τοῖς αὐτῷ κακλαμητροῖς μεταβαίνει οὐ εἰσὶ οἱ φο-  
νικῶν — οὐδὲ αὐτὸς εἰς βασιλεὺς, καὶ οὐ βασιλοῦσαν αὐτὸν δέοντος.  
Hiericus est planities montibus circundata, quae in Thea-  
tri speciem ad ipsam alicubi declinat; ibi et palme-  
tum — ibi et regia est, et balsami paradisus. Hegesip-  
pus lib. I, excidii hierofolymitani, cap. xv. Circa Hiericu-  
m oppidum balsami horum fuisse assert. Dioscorides  
etiam in Αἴγυπτον nasci tradit, γενιάθρον εἰς μηρὸν Ιουδαια, καὶ  
ταῦτα αὐλῶντα, εἰς Αἴγυπτον. In unius Iudea certa quadam  
convalle et Αἴγυπτον nascitur. Ex Αἴγυπτον in Iudeam  
translatum fuisse, auctor est Flavius Iosephus lib. viii.  
cap. vi antiquitat. Aijunt etiam balsami planam, cuius  
bodie serax est nostra regio, in Iudeam attulisse reginam  
Sabam. (Αἴγυπτον videlicet, & Αἰθιοπία, quae ad Salo-  
monem videntur venerat 3 Reg. 10.) Hujus ergo libera-  
litati accepit ferre oportet. Simon Sethi, ιερεψ, οὐ τοῦ παι-  
τοῦ Φυτοῦ παχέων ἐλαττον δύος γενετας ταῦτα παῖδες Αἰγυπτιας καθέσ-  
ται Αἰγυπτίων μητέρας ἡλίκια, πηγὴ ἐνομαζεται τοῦτο οὐ παλαιότε-  
ρη, ἡλίκια πόλις. Planta est parva duobus cubitis minus, pro-  
peque Αἴγυπτον nascitur, in loco qui nunc οὐ πηγή, hoc  
est, solis fons cognominatur, sed à priscis ἡλίκια πόλισ, solis  
urbis dicebatur. Strabo lib. I, cap. DXXXV. apud Sa-  
bæos, Arabia incolas, etiam nasci tradit. Παρὰ οὖς καὶ  
εργάτη, εἰ λίβανος, καὶ κανναμουρ. εἰ δὲ τὴν αὐθεντικὴν βάλσαμον,  
καὶ ἄλλην την ποια σφόδρας οὐδείς, τούτην οὐδεποτε τῶν οὐδὲν  
κατατίθεται. Apud hos (Arabes, Sabæos) Thus et Myrrha, et  
cinnamomum nascitur; in maritimis etiam balsamum, et  
alia quadam herba valde odorata, quanquam ejus odor ci-  
to evanescit. Etiam Pausanias in Arabia proveniente tra-  
dit. Quod & Diodorus Siculus testatur. Κίνηται οὖς τοῦ  
τούτου τέττας εἰς αὐλῶντα πνι τὸ καλέμφρον βάλσαμον. Ibi in  
convalle quadam balsamum, quod vocat gignitur. Nec hoc  
ignoravit Theophrastus. videat Lector cap. vi. lib. ix.  
nisi. Arabiam balsami feracem, ejusque patriam esse,  
scribant Petrus Bellonius, & Prosper Alpinus, oculati

testes, & balsami solum natale, nunquam Judæam fuisse, his rationibus demonstrant. Quod semper in Judæa planta hæc, in horto sive paradylo culta fuit. Omnia id fatendum, peregrinas plantas summo studio, maxima diligentia, curaque assidua, in hortis coli ac custodi, contra patrias nec multa cura egere, nec adhiberi, etiam in incultis, sponte natas, sepiissime reperi locis. Judæa balsamum peregrinum esse testatur Strabo Iudæus. Inferet quis, atqui Theophrastus *άρχειον οὐδέποτε σύνθετον εἶδεν* scribit. Resp. id intelligendum de Syria, in qua Judæa: fin minus, plus fidei deberi oculatis, quam auritis. Notum illud pluris testis oculatus unus, quam auriti decem. Nec fides adhibenda recentioribus, qui periisse omnes plantas balsami scribunt, quod ad nos rarissime succus tam præstans adferatur. Erroris occasionem præbuisse videtur Petrus Martyr, lib. 111, legationis suæ Babylonicæ. Scribit quippe, totum balsametum, quod ab urbe Ægypti Cairo, quæ est Memphis, 10 milliaribus absit, penitus interisse, adeoque desertum se vidisse, ut nullum balsami viridarii, jam tum amplius extaret vestigium. Nec hoc fictitum est, testantur idem Alpinus & Bellonius. Sed damnum illud resarcitum, delatis 40 plantis ex Arabia. Idem Alpinus scribit, dum esset in Ægypto, negligentia custodum, denuo fere periisse; sed facile recuperari posse has plantas. Idem facetus Bellonius lib. 2, cap. 39: *Percontantes*, inquit, à Mercatoribus Cayri de balsamo, eum nostrum ramulum conferremus, nobis affirmarunt, quidquid xylobalsami, vel carpobalsami unquam vendidissent, id omne ex Meca cum aliis aromatibus accepisse, atque meminisse, suo tempore balsami frutices, qui nunc in Matarea coluntur, ex Arabia felici delatos esse, magnis sumptibus Sultani. Quoniam vero tam multi id nobis affirmarunt, existimavimus, sine ullo scrupulo aut dissimulazione, nobis liceat id scribere. Falsum est, inquit ille, qui nosti Bellonium edidit, à Soldanis balsamum constitutum fuisse. Non stante imperio Romano, balsameta erant in Ægypto. Claudianus in epithalamio Palladii & Celerinæ.

Gemmatis aliis per totum balsama tectum  
Effudere cadi, duro quæ saucius ungue  
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.

Verum quidem est, postquam exaruit balsametum, Cai-  
rense, iunc Soldanis curam fuisse, ex Arabia novelle-  
tum sufficere, quod & annis superioribus contigit, cum  
Bajsha, prefectus Ægypti, curavit alias plantas ex Ara-  
bia petri. Nec aliud scribit Bellonius, quantum ex ver-  
bis citatis colligere possum. Quo itaque nomine, is  
accuseret non video. Balsameti memphitici longitudinem 200 passus scribunt, latitudinem 100 terreis  
aggeribus, sine calce ac lapidibus circumseptam, olim  
palatio exornatam.

Tū δὲ δίως, Mali punicae magnitudinem habere  
scribit Præceptor balsami arborem. Plinius loco citato proceritatem intra bina cubita consistere ait. Pu-  
nica malus multo altior est. Dioscorides loco citato,  
Βαλσαμός τὸ μήδιος ἡγεμόνης περιβόλος λόγος ( addit Ald.  
ἢ λυκίς, alius λαχονίτης legit) ἢ πυραγάνθης βάσιτης. De-  
pravatum esse codicem, satis constat. Nam præter  
omnem rationem est, Dioscoridem, ad similitudinem  
tertii alicujus generis, duo invicem alia inæqualia  
conjuxisse. Violam cubitali esse longitudine con-  
stat. Lycium, arborem spinolam, ramis trium cubitorum,  
aut longioribus scribit Dioscorides. Vide quæ  
supra lib. tv. diximus. Absurda itaque comparatio;  
qua non est ulus Dioscorides. Idem ferè esset, ac si  
tamaricem sabinæ, aut pini magnitudine dixisset.  
Corrigunt, λυκίς, ἢ πυραγάνθης. Atqui πυραγάνθης & λυκίς  
eandem plantam esse, supra ex Dioscoride diximus.  
Lego λυκίς ἢ πυραγάνθης, balsamum arbor lyci, seu py-  
racanthæ. (Vide quæ supra lib. tv. & vi.) magnitudi-  
ne conspicitur. Strabo loco citato, ἵστοι τὸ φυτόν πυραγά-  
νθης κονταὶ τοῖς θρεπτοῖς ἀρωματίζονται, planta aroma-  
tica fruticosa cyrifo aut terebintho similis. Pausanias,  
ἡ μάλιστα κρατεῖ πυραγάνθης θεραπεύει, magnitudine myrthi  
fruticem æquare scribit. Plinius loco citato. Quippe  
viti similius est, quam myrtho. Malleolis seri dicitur,  
nuper vincita, ut vites: & implet colles vincarum modo,  
qua sine adminiculis se ipse sustinent. Hanc omnem  
d' verstitatem Alpinus solvit loco citato, cui, quia te-  
stis oculatus, fides adhibenda. Hic lib. de Plantis  
Ægypti, & dialogo de plantis, esse agabusculum vi-

ticosum ait, ac crescere ad longitudinem ei hancen si-  
ve ligustri, vel citisi. Rette, inquit idem, Dioscorides,  
Strabo, Pausanias, de balsami magnitudine scripserunt.  
Omnes enim haec plantæ longitudinem trium cubitorum  
non excedunt, ut nec balsami planta. Idem punicam  
arborem, in Ægypto & Arabia, parvam admodum  
esse narrat, atque adeò ut inter arbūscularum, fru-  
ticumque numero ibi connumeretur. Neque ad tan-  
tam altitudinem assurgere, qualis in Italiæ observa-  
tur locis. Quare neque Theophrastus reprehendens  
erit, quod scripserit, esse magnæ punicæ arborei  
simile balsamum, nam Ægyptiæ Italicas sunt longè  
minores. Plinius etiam excusari potest, quod viti si-  
milem esse scribit. Nam planta est ramulis fruticosis,  
& sarmentosis, viti similibus, quæ etiam singulis annis,  
ut vitis, putatur. Idem fere Bellonius loco citato:  
Eius justam magnitudinem tradere nequimus, nam  
quotquot ejus frutices in horto aderant, stipitem solum  
babebant, pedis longitudine; & pollicari crassitudine,  
tenibus ramulis praeditum, raris foliis obsoletis, ubi-  
cumque autem tandem nascentur, duorum aut trium cu-  
bitorum altitudinem non superant, & pedali altitudine  
cum finis, in multos graciles ramos, anserine pennæ cau-  
le haud crassiores, finduntur balsami frutices. Matereæ  
jam recens putati fuerant, sic ut soli stipides supere-  
sent, quibz ramulorum rudimenta producebant. Ejusdem  
enim est balsamum cum vite naturæ, quam singulis an-  
nis putare necesse est, aliquis degenerat.


Πολέκλαδος δὲ, Rami, inquit multi. Rami hi asperita-  
te, proceritate, & tenuitate differunt. Balsami enim  
arborem semetipsa in his præstantiorem esse dicit  
Dioscorides: Διδφίγρα ἀντε, ιαυτε, τεαχύτητη καὶ μήχα  
καὶ ιχεόντη. λιγαται γάρ τὸ λεπτόν καὶ τεχνῶδε τὸ δέμα της ερ-  
ών. Πρώτος δέ τὸ ιχεόντης θελέσθατης ιχεόντης. Balsami arborei se-  
metipsa præstantior ( alibi abunde probavi, Διδφίγρα,  
excellere apud Dioscoridem sæpius significare) scabritas,  
proceritate, & gracilitate. Quod igitur infrutice tenuis,  
& capillaceum est. Theriston quasi demessile dicitur,  
quoniam fortassis ob gracilitatem facile demetatur. Hunc  
locum non videtur Plinius recte intellexisse. Sic enim  
loco citato scribit: Arbori tria genera. Tenui & capil-  
lacea coma, quod vocant eutheriston. Alterum scabro  
aspectu, incurvum, fruticosum, odoratius, hoc trachy ap-  
pellant. Tertiū eumeccis, quia est reliquis procerius, levē  
cortice, huic secunda bonitas, novissima eutheristo. Græ-  
cus auctor ex quo hæc Plinius, balsami arborei se-  
metipsa præstantiorem inquit, scabritas, procerita-  
te, & gracilitate, ac balsamum tum præstantius esse,  
cum procerum est, & aspero cortice & surculis sive  
sarmentis tenuibus sive capillaceis, ita ut in una ea-  
demque arbore balsamo, ut primæ sit bonitatis, hæc  
tria contineri debeant, asperum vel scabrum, pro-  
cerum, & gracile. Latinus auctor tria genera fecit  
balsami. Quorum unum est procerum, alterum aspe-  
rum, tertium capillacea coma. Nullæ enim generum  
differentiae sunt in hac arbore, quod nec ex verbis  
Dioscoridis, si sana mente percipientur, induci potest.  
Quod verba hæc restantur, Λιγαται — ιχεόντης. Non  
dicit genus aliquod, aut speciem balsami appellari ιχεόντης,  
sed quod tenuis ac capillaceum in frutice est.  
Sarmenta itaque amputata & detusa, nomen illud ob-  
tinebant, quod facile amputarentur, ac demeteren-  
tur. Aliud præterea latet in verbis Plinii: τὸ λεπτὸν καὶ  
τεχνῶδες ιχεόντης. Verit non sine magno errore, te-  
nus capillacea coma. Quod præter mentem Græco-  
rum, ipsamque veritatem est. Τεχνῶδε nequaquam  
dicitur quod tenuem & capillaceam habeat comam,  
sed quod surculos tenues & capillaceos ferat. Comam  
arborum & herbarum de folio dici solet, δέ τὸ νέρων  
ornare, vel ιχεόντης frondere, virere, superbire. Ipse  
Plinius folium proximum rutæ, coma perpetua. Idem  
alibi folium proximum tuberi, perpetua coma. Vi-  
deat lector cap. de hyssopo. Balsami folia capillacea  
dici non possint, Plinius ipse rutæ comparat, ea non  
sunt capillacea, qualia sceniculi, anethi, ferulae  
& simili. Etiam pinus, ut scribit Plinius lib. xvi.  
cap. xxiv. Capillata pino, cedro, aculeata aquifolio.  
Nemo præter Iustinum talia folia tribuit balsamo,  
& est falsum. Arbores, ait, opobalsami formam simi-  
lem piceis arboribus habere, nisi quod sint similes  
magis, & in vinearum morem excoluntur. Habet  
hoc ex Plinio, qui capillaceam comam huic frutici  
præter veritatem tribuit, quod Dioscorides surcu-  
los

Ios intelligat, ac de iis loquuntur, his argumentis probbo. Quod *λευτράς καὶ τριχώδης τὸ δάπεδον θέματα* vocatum dicit, quod in frutice tenuae ac capillaceum existit. Non itaq; coma aut folium tenuae, & capillaceum. Secundo quod Theriston dictum scribit, *Δέλτα ἡ ἀντίστοιχη τοῦ λευτροῦ*. At folia aut comae in balsamo tonderi aut amputari non solent, sed surculi, quod aperte & satis clare hoc capite Theophrastes. Dioscorides, *ἰνομέας οὐδὲ σφόδρα τῷ μὲν παθεῖται, τῷ δὲ γέγονεν*. Ipse Plinius: *tendetur similiter fruticans, & rafraſtris nitescit.* Tertium argumentum ex ipso Plinio sumptum est, *Trachii*, inquit, alterum appellant, scabro aspectu, incurvum, fruticosum. tertium eumeces, quia reliquias est procerius. Quasi diceret. Nomen invenerunt duo haec genera ab alperitate, & proceritate fruticis. Neutquam enim propter folia longiora nomen hoc eumeces accepit, ut nec trachii, quod folia habeat aspera, scabra. Viri docti, qui verba illa Plinii, *arbori tria genera*, de xylobalsamo interpretantur, falluntur. Nam de xylobalsamo paulo post agit. Et *farmenta quoque in meere sunt, DCCC festerio amputatio ipsa surculique, venit intra quintum demum annum, xylobalsamum vocatur.* Quin etiam verba Dioscoridis à Plinio male intellecta, tatis ostendunt de xylobalsamo non intelligenda haec, sed de ipsa arbore, & satis clare Plinius, *arbori tria genera* dixit, quod vel mediocriter intelligens facile percipiet.

*Φυλλάς*, folium rutae. Idem Plinius, idem Dioscorides: *φυλλάς ἵχος ἐρεύνη παράπονα λαβούστης οὐ πολλὰ καὶ αὐγαντιζεις.* Folia habet ruta proxima, sed albida multo, & perpetuo magis virentia. Pausanias, *ἀμυγχη*, folia similia esse scribit. Prosper Alpinus loco citato: *folia gerit ruta proxima, non tamen, ut dicebat Dioscorides iis candidiora, sed postremus lenticisci foliis similia cernuntur, colore scilicet viridis subalbido, perpetuo virentia.* Reqd: ita *τελῶνη*, Theophrastus *subalbidum*. Interpres candidum. Quod præter mentem Praeceptoris, & veritatem est. Luculenter folia idem Alpinus in dialogo de balsamo his fere verbis describit: *De foliis ejus non minor est apud illos diversitas, deque arboris figura, quando Dioscorides, Theophrastus, Plinius, Avicennas, Simon Sethi (de foliis postremus nihil) balsami folia, ruta proxima esse statuerint, & Pausanias amaraco. Iustinus piceis, Solinus, & auctor Aphrodisie vitium foliis.* — Non tamen quod ad folia attinet, *vitis ea planta est simili*, cum foliis referunt *rute aliquatenus proximis*, præser-*tim* vero extrema *triafoliata*, (folia enim simili terna, quina, aut septena aliae adnata sunt,) quæ in singulis virgæ balsami aliis cernuntur, quando ipsa simillima sunt tribus iis foliolis, *in extremo virgæ aliae ruta postis*; colore excepto. Neque absurdum est, Pausaniam dixisse, *balsamum folia habere amaraci emula*, quoniam suspicio ego, ipsum plantam balsami non adultam, sed tan-*sum* recenter ex ejus seminibus natam inspexisse, quæ folio magnitudine, ac figura amaraci foliis omnino sunt similia, excepta earum crassissie, ac colore, quibus ea folia invicem differunt. Nam in amaraco sunt graciliora & albida. Balsamum quod ex seminibus nascitur, bina folia imprimis habet, bifoliis nascentia vita maxime similia, & que post haec, que sunt tria, quatuor vel quinque produntur, amaraci foliis sunt proxima, que vero tertio nascuntur singula tria existunt, rutaque proxima nascuntur. Repeto, primo nascentia folia bina sunt, secundo nata bis multum diversa produntur, inordinatimque in virga, tertio sunt producta tria, cuius aliae appensa cernuntur, que ruta sunt proxima, tribus inquam foliolis *in extremo virgæ aliae ruta conspiciuntur*; quarto, que nascuntur in virga balsami, sunt quina, & postea septena. Bellonius loco citato: *Nova illa balsami germina subrubente cortice erant testa, foliaque viridia habebant, lenticinorum foliorum modo formata.* Hoc utrinque in nervo nata, ut in rosarium vel fraxini, vel juglandis foliis videre est, ciceris tam foliorum magnitudinem non excedeant, sive construetur erat eorum series, ut postremum foliolum extimam aliam occupans, imparem numerum efficeret. Nam sorium alæ foliolis numeratis, terna, quina, aut septena inveniuntur, sephenarium certe numerum superare vix animadversimus. Extremum autem foliorum reliquias majus est. Facto enim ab illo progressu, reliqua sensim minora sunt, ut in ruta foliis. Perpetuo virere referunt Theophrastus, Dioscorides, id testantur Alpinus & Bellonius. Illud tamen, inquit Bellonius; in Matera apud Cayrum, pauca admodum folia Se-

ptemberm mense habebat, quod nobis insolens vilum est. Nam reliquæ arbores, quæ hyeme virere solent, folia solum novo vere abjiciunt, cum videlicet nova

## Balsamum.



germina produxerunt, solentque autumno magis virentia, quam novo vere. At reliquæ quæ folia abjiciunt, id sub hyemem facere solent, ut estate nova acquirant, ideoque nobis præter naturam videbatur, balsamum folia abjicere, ut hyeme nova germina produceret, nobis enim id observantibus, quæcunque habuit folia, recens nata erant. Vide cap. v. lib. vii. hst.

*Καρπός*, Fructum similem terebinthi inquit Aetius in compos. malabatrini unguenti. *Καρπός* ήτις καρπόβαλσους. Vulgo *καρποβάλσουμ* vocant. Infima Cræcia καρπουμ. Fructum quidem nō describit Dioscorides, sed qualis sit eligendus docet. *Τέλειος (νόμος τέλειος καρπούς διεργατικούς) εὐλύτερος τὸν ζεστὸν, τούτον, μήγαν βασιγρά, δέκτερον τὸν γεῦσιν τὸν πυργέτων, μετρίων τοροποντον τὸν ὄπερβαλσούμ, ex fructus genere (nam & huic necessarius est usus) eligito flavum, plenum, grandem, ponderosum, gustu mordentem & serventem in ore modice opobalsamum redolenteem.* Plinius loco citato, *semen ejus vino proximum gustu, colore rufum, nec sine pingui; puluis in grano, quod levius atque viridius.* Serapio cap. CLX. *Et granum ejus, quod nominatur carpopbalsamum, est granum rotundum, ad longitudinem aliquantulum tendens, ad acuitatem in duobus capitibus in medio vero grossus, cuius color tendit ad rubicunditatem.* & est plenum, grave, mordens lingüam mordicatione aliqua, non multa, & quando frangitur, interius habet humiditatem similem melli, & est odor ejus bonus. Alpinus loco citato, *Flores fert parvos, albos, acacie proximos, ternos singulis aliis appensos, quasi in umbella forma, summè odoratos, odor paulò temporis resolvitur, à quibus semina promanant, flava, folliculis nigris subrubentibus contenta, valde odorata, intusque humorem flavum, melli persimilem, babentia, sapore subamaro, parumque acri, linguam seruentia, opobalsamumque redolentia, terebinthi fructuum figura, & magnitudinis emula, extrema, aculeata, & medium crassum obtinentia.* Haec ostendunt & Serapionem & Dioscoridem, & Theophrastum recte descripsisse fructum. Terebinthi fructus magnitudine, figura & colore convenire, auctor est Theophrastus. *Fructus Terebinthi, ut lib. IIII. hst. cap. x. subrubet, vel nigricat.* Objicit quis, Dioscoridem flarum prodere. Utrumque tamen recte delineasse balsami fructum dico. Dioscorides enim cum flavum dicit, fructum intelligit folliculo spoliatum, & exemptum; contra cum rubrum dicit Theophrastus loquitur de fructu suo tegmine vestitum, & tectum. Possem & alio modo utrumque conciliare, si dixerim *ζεστός*,

quandoque denotare rubrum, rufum, è flavo rubrum, qualem habet colorem nardus, ut alibi probavi. Carlobalsamum ad nositeram adferri cœpit, studio & diligentia Danielis Beeringen, seplatiarii diligentissimi. Omnes noræ in carlobalsamo recenti reperiuntur, quæ ab Alpino recententur, sed in antiquo & veterato non item. Nam mellei in eo nihil, odor etiam nullus, aut perquam exiguis in illo. Leve præterea est, non ponderosum. Alpinus etiam auctor est, parvo temporis spatio, omni odore & sapore destitui. Tanta enim est illius humidæ substantiæ, in qua odor saporque fundantur, tenuitas, ut cito exolvatur, finalque cum ea sapor atque odor evanescat. Carlobalsamum adulterari, ut scribit Dioscorides, quondam solebat, semine quodam à Petra oppido advenstro. Φίρεται διὰ τὸν πόνον τῆς πάγκας, ὃ δηλίγεται τοιχογενῶν στίχων ταπεινῶν ὄμοιον. ὁ πόνος γνωστὸς ἐν τῷ μετέπειτα εἰσεγενέντοι, καὶ ἀδύνατος πεποίηται τῇ γένεσι. Asportatur à Petra oppido, semen hyperico simile, quo fructus hic adulteratur, sed ex eo diconces, quod majus illud sit, inane, ignavum, sapore piperis. Contra tamen Galenus lib. de antidotis primo ad finem capitatis xiiii, inter ea numeras, quæ adulterationem non admittunt. Τὸ διάφορον μαραθούμενα φάρμακα χίδει ἀπό τὴν γεώμετραν πάντα ταπεινῶν καὶ πανσεγνίους τὸν επιδιέχεται. De reliquo à nobis est in libris de simplici medicina deceptatum, partim vero sunt medicis omnibus cognita, nec fraudes ullas admittunt. Carlobalsamum quale sit, non docuit loco citato, nec quomodo adulterari possit. Ergo inter ea refert, quæ adulterari nequeunt. Dicendum, vel Galeni ævo pharmacopœis notissimum fuisse, vel mnemonic errore lapsum Galenum. Sed primum verisimilius, pharmacopœis notissimum fuisse. Fieri non potest, inquit Alpinus, ut aliquis qui balsami semina tantum videat, posset ab aliis decipi. Plinius loco citato. Adulteratur petræo hyperico, quo coagitur magnitudine, inanitate, longitudo, odoris ignavia, sapore piperis. Dioscorides non petræo hyperico, sed semine è Petra Arabiae oppido, hodie Mecham vocant, allato, hyperico simili. Non in minori versantur errore, qui semen illud terebinthi fuisse adstruunt. Tum, quod terebinthi semen magnitudine, colore, figura ei similis sit, unde frans facilis: tum quod in Arabiae Petra terebinthi multæ, inde enim optima terebinthina resina, teste Dioscoride adfertur, lib. i, cap. xcii. Accedit quod hyperico terebinthi semen simile. Hanc opinionem probare nequo, idque quia terebinthus est magnitudine balsami, pseudocarlobalsamum verò magnitudine, inquit Dioscorides, à vero cognoscitur. Ergo vel magus, vel minus est, quam legitimum ac verum balsamum. Deinde terebinthi semen odoratum est, pseudocarlobalsamum odore ignavo: sic nec therebinthi semen inane, nec sapore est piperis. Alpinus loco citato: Animadvertisendum duplex genus carlobalsami circumferri, & utrumque pro balsami seminibus apud nonnullos recipi, quorum unum est terebinthi magnitudine, atque fere etiam forma, rotundumque & oblongum ovo simile, in extremis acutum. Flavum, folliculo nigro rubente undique tectum. Alterum vero pseudo-carlobalsamum huic admodum magnitudine colore, figuraque, est simile. Differt tamen à vero, quia ipso est oblongius, ex medietate tantum folliculo coniectum. Nam illud extrellum quod suo pediculo appensum est, folliculo caret, minimeque eo totum contingit, sed tantum ad ejus usque medietatem. De hoc vero, quod falso pro balsami semine mejudice recipitur, non loquimur, quanquam odoratum sit, ac aromaticum. Illud fortasse esset, quod olim Dioscoridis tempore ex Petra Arabiae oppido pro carlobalsamo exportabatur, & quo verum carlobalsamum adulterabatur, si piperis saporem præ se ferret. Quætitur, an recte in Dioscoridis codice legatur. Μητελος τῇ γένεσι. Piperis enim sapor pugnare videtur cum viribus ignavis, & inanitate. Quare codicem depravatum puto, legendumque εἰς περιεγένετο, nisi dicamus quod ignavum illud intelligi de odore, quomodo intellexit Plinius; nec aromatico esse sapore, ut verum carlobalsamum, sed acre tantum, ut piper. Admonendi pharmacopœi ne in posterum emant tamalapatri fructum, quem seplatiarii nonnulli minus periti, vel subdoli pro vero carlobalsamo vendunt. Inodorum est semen hoc, & insipidum. Fortassis est pseudocarlobalsamum Alpini. Ex medietate enim folliculo tectum est.

Illud tamen obstare videtur, quod ea parte, qua suo pediculo appensum est, folliculum habeat, quo Alpinus carere scribit. Verisimile admodum est Alpini codicem hoc loco depravatum. Nam veritati magis est proximum, folliculum pediculo annexum esse, quam contra; ut ut est, tamalapatri fructus follicule adhæret, ut ilex calyci.

Ἐνώδεις ὄφαδρα, fructum, inquit, magis odoratum esse quam lachrymam. Contra Dioscorides cæterique omnes carlobalsamum modice, respectu opobalsami, odoratum scribunt. Plinius loco citato: Præcipua autem gratia lachryma, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Hæc depravatum Theophrasti codicem ostendunt. Lego μᾶλλον διὰ τὸ διάρεσσον, fructus odoratus valde, verum huic magis odorata lachryma. Odorem enim, ut ipse Theophrastus ait, infert eximium & copiosum, adeo ut subito spacium per longum odor valeat permeare. Si itaque lachrymæ odor tantus, qualem dicit Theophrastus, non video, quomodo semen odore illam vincere possit. Experientia præterea comprobat, semen modice tantum, immo vix respectu succi odoratum esse, major tamen huic quam ligno odor. Quodlibo de odoribus testatur Theophrastus. Τὸ διὰ βαλσαμίκου δὲ οὐ πότε καὶ τὸ περιπέτερον αὐτὸς αὐτόπειρα τοῦτο, τὸ διὰ ζύλον αὐτόπειρα, παρεπανοῖς διάχει τὰ τέλη τὸ δύοτεν καὶ τὸ ἄμωμον. Balsamè succus & semen ad utrumque (calfaciendi & adstringendi) viriliora & efficaciora, lignum imbecillius, cui viribus amomum simile est. Interpres legit, cinnamomon, cum tamen in expressis duobus codicibus αἱματος legatur; quomodo etiam in M. S. Palatino, ut ex clariss. & celeber, viro Salmasio accepimus. In altero tamen Aldino expresso legitur καρπαθιον. Eodem etiam Palatino ἡ τὸ αὐτριπέτηρα, αὐτριπάνη legitur, sensu plane eodem.

Τὸ δὲ διάρεσσον. Lachryma quomodo colligatur, docet Dioscorides loco citato. Τὸ διὰ ὄποβαλσαμον λεγόμενον ἔπιζηται, εἰ τοῦ τοῦ κύνα κυύματον, εἰ πιμομίτης σιδηρίς οὐκέται. Εἰ δέρηται. Quod vero opobalsamum dicitur, æstivis, sub ortu canis, ardoribus excipitur, incisa ferreis unguibus arbore. Idem Simon Sethi, sed βαλσαμίδιον vocat. Καὶ οὐ ποτὲ εἴτε τὸ τελείωτον, καὶ τὸ φειοπειρίδιον κατεχεῖ, ἵλαζον μὲν τὸ σιδηρόν τὸ πάντα μέσον τὸ πικτόν φυτόν, καὶ αἰδηδότο τὸ δύοτεν ἄποινον, τὸ διατεταγμένον, τὸ ιδεῖν, πᾶν θάλασσον, διὸ καὶ βαλσαμίδιον ὄμοιον ζητεῖται. Cum res Ἑγύπτιe bene habent, per autumni tempus, arbuseularum harum partes inferiores ferro aperiuntur, succusque inde manat, omni oleo visu similis, quod ideo βαλσαμίδιον, id est, balsami oleum appellant. Contra Plinius loco citato negat ferro incidere. Inciditur, inquit, vitro, lapide, ossisque cultellis, ferro laedi vitalia odit. Emoritur protenus (lego & moritur protinus) eadem amputari supervacua patiens. Incidentis manus liberatur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. Succus eis plaga manas, quem opobalsamum vocant, suavitatu eximia. Vitalia arboris vocat Plinius, quæ cortice, veluti cute ambiuntur, artifex temperamentum, artifex plaga est, quæ cum artificio facta est. Plinii sententia, contra Dioscoridis, & Theophrasti, Taciti auctoritate munitur. Si ferri, inquit, vim adhibeas, pavere hanc arborem, ideoque venas fragimine lapidis aut testa aperiri. Solinus cap. 38. lignum canadis attractatum ferro, sine mora morti scriptum reliquit, ideoque aut vitro, aut cultellis osseis, sed in solo cortice, artifex plaga vulneratur. Egesippus, lib. i, ex dicti Hierosolymitani, acutis lapidibus id fieri dixit. Idem Josephus de Hierechunte, ἰδια τὸ τῆς Ιουδαϊκῆς πόλεως Φοινίκης πατριπόλεως εἰ βαλσαμον τείφει. τέτη λίθοις ἀξιούταντος περιπέτερον τὸ πρώτα συδίγησον εἰς τὸ περιεγένετον. Diversas has opiniones conciliari posse viri docti scribūt. Si dicamus id unum omnes voluisse, in vulneranda balsami arbuseula cavēdum unicè, ne quid ultra corticem violetur, adeoque à cultellorum ferreorum acie abstinentur. Alpinus, oculatus testis, partim sponte, partim ferro scarificato emanare succum auctor est. Ex fissuris, inquit, ramulorum hujus arboris, egreditur quidam liquor in canicularibus diebus, sicut lac ex tithymalo. Opobalsamum mensibus, Iunio, Iulio, Augusto, partim sponte, & partim stipite ferro scarificato distillat, in vitroque, vascula recipitur. Supra cap. 3. Theophrastus & sponte, & incisura opobalsamum provenire tradidit. Sponte emanare auctor Virgilius est:

Quid tibi odorato refractum sudantia ligno  
Balsama,

ferreus